IN MANILII ASTRONOMICA VARIÆ LECTIONES,

Cvm ex antiquis libris, tum ex MS longe optimo de bibliotheca Friderici IV Comitis Palatini ad Rhen. &c. comportatæ:

*

Cum Notis
Fr. Ivni Bitvrigis.



NOBILI VIRO

D. HENRICO SMETIO,

RECTORI INCLYTÆ

ACADEMIÆ HEIDELBERGENSIS

magnifico, clariss. Medicinæ Doctori, & Professori ordinario, fratri coniunctissimo, Franciscus Iunius

S. P.

VTRVMQVE *mihi apud te, Rector magni-e, in hoc tempore animaduerto esse faciũdum, cum otij mei rationes exponam tibi, tum ius negotij. Quum enim de vtroque satisfe- o politissimo iudicio tuo, satis me aliis fecisse bitrabor: cupio quidem certe, & confido pla- Ac otij quidem mei rationem cui potius am Rectori reddam in hoc tempore, non vi- : quod & nostra coniunctio postulat, & im- ant leges Academiæ. Etsi quid ego apud te ltis agerem de vsura illius otij quod mihi cõ- it Deus? qui pro diuturna illa nostra consue- line optime tenes omnium, me libenter solum vt non sim solus, & diligenter atque ex ani- illud obseruare quod olim Plinius Cæcilio suo, eras, inquiebat, has horas non perdere. Hu- rei testem Manilium allego ad te. Manilium? uies. Quid tibi cum Manilio, frater? Dicam: negotium hoc in otio meo, quo tenes me non*

abundare, qua ratione & modo susceperim, explicabo. Quum ante menses aliquot, libros Astronomicos edere Commelinus noster cogitaret (quorum in numero Manilius est stili grauitate multis, sermonis proprietate, & commoditate argumenti facile præferendus) iniecta est ipsi mentio aduersariorum posthumarumq; notarum, quas communis amicus noster Matthæus Lannoius, vir iudicio incomparabili & eruditione præstanti conscripserat. Has vbi Typographus habuit, attulit ad me, iudicium & opem meam desiderans. Nam & iudicio opus videbat esse in iis rebus secernendis, quas Lannoius per saturam (vt aiunt) collegerat; & ope in iis perficiendis quæ ab illo tentata fuisse, & ne ad tertiam quidem partem instituti operis perducta animaduertebam. Dubitaui diu, incertus quid agerē. Nā ab hoc consilio ineundo deterrebant me cōditionis meæ præsentis ratio, & grauissima Iosephi Scaligeri, qui optimam operam huic Manilio commodauit, auctoritas: adeo sagaciter maximus ille vir odoratus est, feliciterq; restituit multa quæ in hoc autore desiderabant docti. Quod si tantus ille vir copiam librorum veterum qui mihi fuerunt ad manum habuisset (habui autem cum exemplari Romano Laurētij Bonincontrii Miniacensis annotationes, & MS.

per-

peruetus & elegans; quod vir clarissimus D.D. Georgius Lingelshemius, huius antiquitatis amantissimus de bibliotheca Illustrissimi Principis D. Friderici IIII. Comitis Palatini ad Rhenum, & huius Palatinatus heredis, Bauariæ Ducis, Domini clementissimi suppeditauerat) ea profecto est hominis sollertia, vt nostri Lannoii coniecturis perparum loci, meis vero notis nihil fuisset relicturus. Sed vicit tandem apud me sententiosa auctoris grauitas. Lannoii operam bona fide, laudato auctore, exhibeo, meamq; succenturiatam addidi. Statuebam enim cum animo meo illud magnum literarum lumen, Scaligerum dico, si rem resciuisset, fuisse apud me institurum, vt hæc ipsa commenta (cum Manilio loquor) in lucem publicam literatorumq; cõspectum ederentur. Non sum nescius fore Censores asperos, qui alienam a meis rationibus operam hanc arbitrentur & me in summo negotio otiari, nugari, tricari prædicent. Sed hoc illos rogatos velim, cogitent primùm me hic otij mei, ac non negotij rationem tibi & literatis omnibus exponere: quod otium iamdiu periisset, si in conuiuationibus, ludis, corporeisve exercitationibus illud consumsissem: deinde me id Lannoij memoriæ, optimi viri, debuisse: postremo autem, debuisse publico præstare depositum illud

Lannoij nostri fidemq; meã. Nã quod morosi forte acclamaturi sunt, hîc profana exstare multa, prædictiones genethliacas, & Astrologiæ, quam vocant, iudiciariæ plus satis; de eo sic velim habeant, me nec multis rebus eiusmodi credere, nec credendas obtrudere cuiquã, sed legendas probandasq; iudicio certo. Etenim aliud est profecto, si quis ποιητικῶς cum gratia μυθολογεῖ, aliud autem si ματαιολογεῖ. Illa vero artificiosa sunt Manilij nostri μυθολογήματα, quum ait qui sub hædulis nascetur ludionem fore; qui sub Lyra, instrumentorum artificem, & multa eiusmodi: quæ si poëtice dici animaduertisset, profecto non adeo infeliciter Firmicus, infelix Manilij simia, in argumento prædictionum oberrasset. Atque in illa poësi Maniliana, ut gratiam eius taceam, id ego summo opere sum admiratus, quod mores hominum ea grauitate, dignitate, commoditate a Manilio expressi sunt, quã vix orator aut poëta vllus adæquauerit iudicio meo, breuiter, grauiter, suauiterque omnia, & ad vsum institutionẽq; omniũ cõmodissime. En igitur Manilium meum, mea opera recensitum, & quibusdam in locis illustratum, quem exhibeo tibi. Nam siue otij mei succisiui est λογιςικὸς, tibi certè, vt Rectori magnifico: siue amoris index, tibi debetur vt fratri, quem & otij

& ne-

& negotij mei facile feram arbitrum. Deinde mathemata, res naturales, poësin & amas & colis: Amas, vt omnis humanioris scientiæ & liberalis tam amans quam qui maxime: colis, vt medicus iam decurias ferme tres annorum curans hominum valetudinem docte, commode, religiose: quam ad rem generosus animus tuus (prout me audire memini) a puero semper inclinauerat: Hoc peculium tibi, hanc hereditatem scientiæ (vt olim mihi puero consulebat pater) prospexerat Deus, quum ab hereditate patria discessurus esses. Ad hanc etiam nonnihil pertinent τὰ ἀστρονομικὰ suo quodam modo, quibus te & suauiter delectari noui, & vti commode. Accipe igitur æquo animo Manilium tuum, vt frater a fratre, quo quid amantius? vt collega a collega, quo quid coniunctius? denique vt Rector Magnificus a membro Academiæ, quo quid officiosius? & me tui amantem redama. Vale feliciter in Domino. E Museo nostro, Heidelbergæ, Kalend. Martijs. cIↃ. IↃ. XXCIX.

EIDEM.

Cælestis Rectoris opus, cecinisse Manill
Olim quæ voluit docta Camœna, tibi
Carmina, Rector, habe a nobis rediuiua Manill:
Ingenio hæc sterilis stridet auena meo.

LECTIONES VARIÆ
CVM NOTIS.

Pagina. 1, v. 22. *Ad tanta canendum*) MS *canenda*.

24 *Per carmina pandere censu*) MS *sensus*.

25 *Hoc sub pace vacat tantum*) MS *vacat. tantum iuuat ire per ipsum Aera.*

Hoc pro huc olim fuisse scriptum quis nesciat?

30 *Quaque regat gen.*) MS *Quaque regat*, &c. non alieno sensu. proponit enim Poeta de quib. instituat canere, de mundo & cœlo, li. 1. de signis lib. 2. & 3. deq; signorum apotelemati s, lib. 4. & 5. Est autem hoc vltimum propositionis membrum.

Pa. 2. v. 2. *Certa tum lege canentem*) *Certa cum lege canentem*, legebat Lannoius noster.

v. 5. *Tu princeps auctorque*) MS optime restituit versuum ordinem in hunc modum:

Quem primum interius licuit cognoscere terris
Munera cælestum? quis enim condentibus illis
Clepsisset furto Mundum, quo cuncta reguntur?
Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis vt Dijs cuperet Deus ipse videri?
Tu princeps autorque sacri, Cyllenie, tanti.
Per te iam cælum in terris, iam sidera nota,

Subl. &c. ἄνευ ἐρωτήσεως hoc versu & sequent. *Interius* autem, ἐσώτερον, penitius, ἐπιῤῥηματικῶς.

15 *Mominaq. & cursus*] MS *Nominaq. & cursus*. Aut cũ Scaligero lego Momina, aut (sicui forte magis placet) Numina, vt p. 63. v. 19. adnotauimus.

20 *Seque ipse reclusit*) MS *seque ipsa reclusit*: melius, vt legit Scaliger. Manilius Deum vult autoré naturæ huius, ipsi indidisse has vires: quib. acceptis ipsam

ipsam sese reclusisse & patefecisse, primũ quidẽ Regib. maximis in partib. Orientis, deinde vero Sacerdotib. ab iis artem quãdã confectã in alios homines dimanasse. Sic autem notat Belum, & alios sideralis scientiæ inuentores, vt Plinii verbis vtar, qui Babyloniæ, Ægyptoque præfuerũt.

24 *Quas secat Euphrates, &c.*) MS & Rom. *Quas ferat &c.* Dignus vindice locus. Absoluam paucis. Primũ in vocib. Manilianũ istud, *ferat*, retinerẽ lubẽs, si vel vnico exemplo eiusdem verbi fretus essẽ. Posset enim ferare hic dici, pro eo quod est inũdatione feracẽ reddere (quod de Euphrate Herodot. Diodorus, Plin. testantur) vt membro sequente dicitur, *in quas & Nilus inundat.* Constat enim ex verbis II. & III. coniugationis nõ pauca assumentia μεταβολὴν significationẽ in coniugationẽ primã migrauisse, cuius rei vestigia in cõpositis plurimũ, in simplicib. verbis interdũ obseruãtur: fugere, fugare: ólere, olare, inde adolare & adulari: pagere vel pãgere, pagare: vnde propagare: sedere, sedare: placere, placare: pácere, pacare. Verũtamen huius exẽplũ desidero. Composito certe Lucil. apud Noniũ vsus est, his verbis: *Proferari, impetrari. Lucillius. li. 26. nec pax minimo proferatur: Despuit signo Cassãdrã.* Proferare hic ἐνεργητικῶς dictum, pro eo quod est facere vt proferatur: vt ferare simplex, feracẽ reddere. Sicui tamen nõ placet: dum exẽplũ quęro, seruetur per me licet verbũ *secat*, ὡς ἐπιτυχῶς adoctissimo Scaligero ante repositũ. Deinde altero ṽ. vocem *mũdus*, accipio. pro eo quod est purus, limpidus. sententia est, Reges Babylonicarum

gentium, quas Euphrates limum euehens pinguioris soli feracitate ditat, prætereaque Reges Ægypti hac cognitione fuisse imbutos. Ægyptus autem his verbis circumscibitur, *in quas & Nilus inundat.* Nondum satis dixerat: nã & alluuies Nili prodest Æthiopiæ. Proprium itaque Ægypti signum adhiberi oportuit, quod exponitur sequente versu, nẽpe *qua mundus redit* Nilus e subterraneis specub. quibus per æthiopiam immergitur, *& nigras super euolat vrbes*, id est, erumpens e suis antris rapiditate maxima defertur pręceps in vtrumque Cataractem, tanquam si volatu ex editiore loco inferiorem Ægyptum peteret, vbi nigrę vrbes ex nigro lapide exstructę sunt. cuius lapidis montes in propinquo exstare docẽt Geographi. Optimus huius loci interpres Plinius li. 5. natur. hist. cap. 9. *Africam*, inquit, *ab Æthiopia dispescens, etiamsi non protenus populis, feris tamen & beluis frequens, siluarũque opifex, medios Æthiopas secat, cognominatus Ascapus, quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. Insulas ita innumeras spargit, quasdamque tam vastæ magnitudinis, vt quanquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursũ non breuiore transuolet: circa clarissimã earum Meroen Ascabores læuo alueo dictus, hoc est, ramus aquæ venientis e tenebris, dextero vero Ascusãpes, quod latentis significationem adijcit: nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus iunxit, sic quoque etiamnum Siris, vt ante, nominatus per aliquot millia, & in totũ Homero Ægyptus, aliisque Triton: subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremo inclusus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis*

aquis properantib. ad locum Æthiopum qui Catadupi vocantur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. & quæ sequuntur. Hæc παρέργως: Sed locus postulabat.

28 *Officio vinxere Deum*) Sic Rom. At MS. *Officio iunxere Deum*, pro eo quod est adiũxere. Duo enim Manilius sacerdotum encomia ponit: vnũ, quod sibi adiunxerũt Deum ipsi: alterum, quod se Deus conciliatus adiunxit ipsis: hoc enim significatur illis verbis, *inque Deum Deus ipse tulit*: id autẽ est, Deus ipse intulit Deum, κατάλμῆσιν Manilio frequentatam, vt supra pa. I. v. 23. *Iã propiusque fauet mundus*, & similia.

31 *Hi tantum nouere decus*) MS & Rom. *Hi tãtum mouere decus*, id est, promouere: & ita coniecerat Lannoius noster.

Pa. 3. v. I. *Singula nam propria signarunt tempora caussa*) MS. *Singula nam proprio signarunt tempora casu*: nempe quia per assiduas curas & obseruationes diligentissimas singulorum casuũ qui temporibus singulis euenerunt, ex lõgorum seculorum complexu artem constituerunt, vt sequente versu exponitur. Sic Lannoius.

6 *Redeuntibus astris Percepta in proprias sedes*) Rom. *Precepta*.

12 *Et totum æterna Mundum r.*) MS. hos duos versus sic habet:

Et totum alterna Mundum ratione moueri,
Fatorumque vices certis discernere signis.

lectione, opinor, ad argumentum hoc non incõmoda; vt in Rom. exponitur.

17 *Tũ velut amissis mærẽs*) MS *ammissis*. ita passim,

20 *Iam propiore suis poterant disc.*) MS & Rom.
-- iam Sole regresso,
Iam propiore, suis poterat discernere causis:
nimirum illa rudis priscorum vita.

24 *Ignotusque nouos P.*) in MS hi tres versus sic habentur.

Immotusque nouos Pontus subduxerat orbis,
Nec vitam pelago, nec ventus credere vota
Audebant, sed quisque satis fauisse putabat.

Immotus autem, nondum tentatus remigiis: Fauisse, cum silentio conquieuisse & abstinuisse a tentandis illis. Romanum exẽplar habet, *credere vota*: in ceteris illi cum Scaligero conuenit.

31 *Et quodcunque sagax t.*) MS *Et quacunque sagax tent.* indefinite dictum, hac constructione, quæcunque sagax vsus tentando reperit, eorum bonum commentum, id est, *ενθύμημα ἢ κατάληψιν* læta pectora dedere in commune. (*Commentum, ἐνθύμημα*, in Glossario vetere, vt infra 38.6. & 128.11. *si tanta operum vires commenta negarint.*

Pa.4.v.2. *Et fera diuersis exerc.*) MS

Et fora. diuersis exercita frugibus aura,
Et vagus in cæcum penetrauit nauita pontum.

Fora, iudicia ex legibus quarum meminit proxime. *Aura* pro arua, vel potius ora, vt pa.81.2. imprudenti librario excidit, nisi me coniectura fallit. (*æcus* autem pro ignoto, incerto, incomperto, eleganter dictum. Virgilius Ænei.3.

Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis.

4 *Fecit & ignotis iter commercia terris*) Rom. *ignotis iter & commercia terris.* melius.

7 *Nec vulgata canam, volucrũ prædicere ling.*) MS

Nec vulgata canam, linguas didicere volucrum. & recte.

11 Omnia conando docilis solertia vicit.) MS *Omnia conando talis solertia vicit.* minime male: sed alterum præstat, estque in Rom. codice.

12 *Nec prius imposuit reb. finemque modumq.*) MS *finemque manumque*, nempe extremam: & id recte.

17 *Solidusque tremisceret orbis*) MS *tremesceret*, itemque Rom.

20 *viresque Tonantis*) Lannoius legit *Tonanti*: sed ita MS sæpe.

26 *Certa sub lege notauit*) MS *certa sub forte notauit*: id autem est, fatorũ lege. Liuius Andromeda, *cui praua natura magis, quã fors aut fortuna obfuit.* Lucilius: *Cui parilẽ fortuna locũ, fatumque dedit fors.* horũ enim alterum est τύχη, alterum εἱμαρμένη.

27 Ad numen mundi faciemq.) Rom. *formamque*

28 *Sideribus vario mutantibus ordine fata.*) MS *variis, mutantibus ord.* vt legitur vulgo.

Pa. 5. v. 7. *Natali quoq. egere placet.*) MS hos duos versus ita habet omnino, mea sententia, recte:

Natali quoque egere placet, semperque fuisse,
Et fore. principio pariter fatoque carentem.

12 Siue indiuiduis) MS. hos treis versus non male distinguit hoc modo:

Siue indiuiduis in idem reditura soluta
Principiis Natura manet. post secula mille
Et pene ex nihilo summum nihilumque futurum.

19 Sine quo riget arida] In MS

--sine quo riget arida rerum
Materies: ipsumque vocat, quo soluitur, ignem.

vcat autem, inquit Lannoius, id est, aduocat

& ad incendium ac consequentem interitũ adeo apta est, vt ariditate sua vocare videatur.

23 *Et Mundi struxere gl.*) MS hoc modo:

Et Mundi struxere globum: prohibentque requiri
Vltra se quidquam tum per se &c.

26 *Spiritus aut solidis, sitque hæc d.*) MS omnino recte,

Spiritus aut solidis: sitque hæc discordia concors.
Quem nexus habilis, & opus generabile fingit,
Atque omnis partus Elementa rapacia reddunt:
Semper erit genus in pugna, dubiumque manebit
Quod latet & tantum superest hominemque deumq.
Sed facies quæcunque tamen sub origine rerum,
Conuenit, & certo digestum est ordine corpus.

Simili Musico vsus est Manilius πυθαγορικῶς. *Nexus*, ἁρμογαί. *Habilis*, pro habiles, vt i pro e in MSS. passim. *Generabile.* γεννητικὸν, non autem γεννητὸν. *Elementa rapacia omnis partus*, quæ formas cõpositas subinde rapiunt, materiamque suam recipiunt ad se, & quasi nouo partu refundunt: vt infra 33.10. *Cælum sic varias fruges redditq. rapitq. Genus*, γένος, id est, ortus. *Quod latet*, recte hic versus aptus præcedenti: Illud autem *superest* ὑπέρεστι, ὑπερβάλλει, ὑπεραίρει τὴν γνῶσιν ἀνθρώπου τε καὶ θεοῦ. *Conuenit*, συνηρμοσμένον ἐστί. Hæc autem ἔλλειψις Maniliana est antecedentis, pro eo quod est, eius quam nexus habilis & opus generabile, &c. Eius igitur semper erit genus in pugna, &c. Sic ante 3.31.

Pa. 6. ver. 7. *Æquora profudit.*) MS. *perfudit.* & sequente versu *exalet.* sine adspiratione, & ita passim. itemq; versu 11. *permixtus.* cum x. vt toto libro.

13 *Quo-*

13 *Quoque magis puras humor*) MS. *purus humor:* nam adſpiratio vim conſonantis interdum obtinet, poſitionemque facit.

14 *Quia totus ab illa Tantundem refugit*) MS *ab illo Tantumd.*

&ferri poteſt, ſi cum illis conſtruxeris, *orbisque per vndas Exilijt.*

24 *Quod niſi librato penderet pondere tellus*) MS *quin niſi.*

29 *Heſperus immerſo dederat*) MS *Heſperos immerſo.* ſic paſſim.

30 *Nunc quia non imo*) In MS ſic leguntur hi verſus:

Nunc quia non imo Tellus deiecta profundo,
Sed medio ſuſpenſa manet: ſunt peruia cuncta
Qua caderet ſubeat Cælum, rurſusque reſurgat,
Nam neque fortuitos ortus, &c.

Fugitiuum illum verſum, qui ad ſequentem paginam indigne tranſiit, laudabili huius MS opera recipimus, & huic loco reddimus. *Sed* autem pro *Nec*, felice coniectura Lannoius iam reſtituerat.

Pa.7.verſ.8. *Æterna cũ luce dies.*) MS ſic habet iſta

Æterna cum luce dies quod tempora monſtret
Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis
Semper & vlterius vadentibus ortus. ad ortus
Occaſumue ortus. Cælum & cum Sole perennet.

quæ lectio damnari non poteſt. Lannoius tamẽ legebat, *alterna cum luce.* verſu vltimo, *Occaſumq.* mallem: ſed nihil muto. Nam ſic quoque ſenſus eſt euidens.

15 *Qua caderet ſubeat*) Fugitiui huius verſus lo-

cum ante demonstrauimus sub finem præcedentis paginæ.

22 *Toto pariter suspēsa profundo*] MS *sublata profundo.*

31 *Nec finis: in ipso*] MS *Nec finis in ipso.*

Pag 8. v. 1. *Sic stellis glomerata manet, Mundoque*] MS. ita,

Sic stellis glomerata manent, Mundumq. figurant. nempe earum signa, quæ nominantur sequente versu.

15 *Quod si plana foret Tellus*] in MS sic habentur hi versus:

Quod si plana foret Tellus, semel erepta per omnis
Deficeret pariter toto miserabilis orbe. Rom. optime, *semel icta per omnis Deficeret pariter. Icta* autem, nempe deliquio ex interuentu terræ. Farcturam dele vocis, *semel*: constabunt omnia in MS exemplari.

19 *Quia fertur in orbem*] MS & Rom. *quod fertur.* *Aclinis* autem priscis Latinis per c vnicum scribi nouerunt omnes, quod literæ vnius διπλασιασμὸν fugerent.

29 *Hinc vbi ab occasu*] MS aliter, nec male:

Hanc vbi ad Occasus nostros Sol adspicit ortus.
Hanc autem, nimirum terram, vt versu 23. vel formam rotundam eius. Sed nomen, *ortus*, substantiuum caue hoc loco feceris.

Pa. 9. v. 8. *Alterum vt alterius*] MS & Rom. *Alter vt alterius*: sic vulgata lectio.

12 *Obliquum præcingunt ordine Mundum*] Rom. *percingunt*. Sequentem vero versum libentius legerim in hunc modum,

Cælum quæ alternis vicibus per tempora portant.

Hic

Hic enim propositio est partium quæ hoc in libro explicantur: quarum prima est de signis Zodiaci: secunda de signis Cælo infixis: postrema, de planetis & meteoris. quapropter in fine sequentis versus simplex κόμμα ἢ διαστολὴν ponendum puto.

19 *Aduersum surgere Taur.*) Lannoius legebat, *auersum sur.* vide in pag. 35. 12.

26 *Tum venit angusto (apr. sidere flexus)* alij, *Tũ venit Augusto Capricornus sidere fulgens,* ex libris veteribus. Natus enim Augustus sub Capricorno dicitur infra pag. 46. & apud Suetonium 95. cap.

27 *Inflexam defundit Aquarius vrnam*) MS *diffudit*. Et reuera iam ferme diffusa videtur esse: quapropter etiam pingitur hoc modo ♒. Rom. *defundit.*

30 *At qua fulgentes cælum*) Hi versus in MS sic exstant:

At qui fulgentes cælo consurgit ad Arctos,
Omnia quæ summo despectant sidera cælo,
Nec norunt obitus, vnoque in vertice tantum
In diuersa situ cælumque & sidera torquent,
Aera per gelidum tenuis deducitur Axis,
Libratumque regit diuerso cardine Mundum.

quæ lectio ferri potest. vt autem sit euidentior, licet per me versum *Omnia* & sequentes duos includas parenthesi. Nam tres illi versus manifesto continent τῶν ἄρκτων διαγραφὴν, tribus notis insignibus. 1. quod cætera despectant sidera 2. quod nõ occidunt. 3. quod vno situ in Axis vertice torquent in partes diuersas cælum & sidera: quẽadmodum ante appellauit *aduersò luctantia*

ſidera Mundo: itemque tertio poſt verſu, *libratum diuerſo cardine Mundum*. *Regi*: autem hoc loco ſic dicitur, vt infra pag. 21. v. 22.

Pa. 10. ver. 1. *Æternosque rotat curſus immotus at ille:*) MS *Æthereosque rotat curſus immotus at ille*. ſic diſtinguebat Lannoius noſter, nec abs re.

7 *Directus conſtituit Orbem*) MS *conſpicit*, Rom. *ductus circumſpicit orbem*. Confirmat hanc loquutionem Manilius huius ipſius pa. v. 16.

8 *Nec vero e ſolido ſtat robur corporis eius*) MS *robore corporis eius*. *Corporis* autem nominandi caſu, ἀρχαϊκῶς.

12 *Quodcunque in medio*) In MS commode ſic verſus hi diſtinguuntur,

Quodcunque in medio eſt circa quod cuncta mouentur,
Vſque adeo tenue vt verti non poſſit in ipſum,
Nec iam inclinari, nec ſe conuertere in orbem,
Hoc dixere Axem. quia motum non habet vllum,
Ipſe videt circa volitantia cuncta moueri. Rom. *quod motum non habet vllum,*

Sed quid ſi hic legamus, *videns*? eſt enim ἐμφατικώτερον.

18 Signa per immenſum) MS *inmenſum*. Sic paſſim cum in hac voce, tum in ſimilibus eiuſdem literæ διπλασιασμὸς fugitur: quod ſemel dictum fuerit ſatis.

19 Decircinat arcum) MS *Arctum*. Rom. *Arcton, vel arcum*, vt adnotat Bonincontrius.

28 *Circumque amplexus vtrumque*) MS & Rom. *vtramque*, non male.

N

30 *Ne coeant abeantque suis a sedibus*] Rom. *abeantue suis a sed.* longe melius.

Pa. 11. v. 2. *Hinc vicina polis*) MS sic habet:

Hinc vicina poli, Celique hinc proxima flammis:
Quæ, quia dissimilis, qua pugnat, temperat Aer,
Frugiferum sub se &c. Rom. *vicina polo, Celique*, &c.

7 *A tergo nitet Arctophy.*] Rom.

A tergo venit Arctophylax, idemque Boetes,
Qui similis vinctis instat de more iuuencis.

12 *Circulus in medio radians*) Romanus in hunc modum:

Circulus in medio radians, quæ proxima fronte
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma
Gnosia deserta fulgens monumenta puellæ.
Et Lyra deductis per Celum cornibus, &c.

Quę omnia ferri possunt, & sensu cōmodo, si ita exposueris. Signum Coronæ orbem clarum hābens micat varia & differente stellarum luce: nā Circulus ille Coronæ radiās vincitur luce ab vna stella in medio sita, quæ fulgens ardēti flāma distinguit in fronte proxima candidaque lumina, idest oculos Ariadnes, quæ Gnosia sunt mōnumenta desertæ a Theseo puellæ: nam etiam Corona Ariadnea libro 5. & Ariadnes a Martiano plurimum appellatur. Itaque nihil muto: nisi quod *fulgens* si pro *fulgent* legeris, haud scio an locus foret euidentior. *Deductis* autem, id est, admodum in longum ductis atque protensis, Manilianum est, vt pagina 10. versu 2. & hac ipsa pagina versu vltimo. Nam huic contrarium est adducere.

22 *Serpentem magnis*) In MS hi versus sic exstant, itemque Rom.

Serpentem magnis Ophiulcus nomine signis
Diuidit, & toto mergentem corpore corpus
Explicat, vt nodos sinuataque terga per orbes
Respicit. ille tamen molli ceruice reflexus.
Et dedit effusis per laxa volumina palmis.

Qui ordo ferri potest, si duo obseruaueris: vnũ, hæc verba, *ille tamen molli ceruice reflexus*, esse parenthesi (nam αἱ παρενθέσεις ita fere circumscribuntur punctis in MSS. veteribus) alterum sequentem versum adhiberi ἐξηγητικῶς, quem ego quidem sic legi maluerim proxime scripturam veterem imitatus,

Et didit fusis per laxa volumina palmis. Didere, compositum apud probatos auctores frequens. & habetur pag. 56. versu 12.

31 *Tergaque fidenti subiecit plumea Leda*) MS *fidenti subiecit plurima*. Hellenismus, fidenti plurima, τὰ πλεῖστα θαῤῥουμένη. Sed quid si *fidentis* legas?

32 *Nunc quoque deductas volitat*) MS *deductas*, vt versu 15.

Pa. 12. v. 3. *gestet seu fulmina Mundi*) MS *ceu fulmina Mundi*: sic etiam Romanum.

9 *Et finitur in Andromeda*) MS & Rom. sic habent cum vulgo,

Et finitur in Andromeda. quam Perseus armis
Eripit & sociat sibi.

quæ lectio cur ferri nequeat non video, & septẽ post versibus confirmatur. Respicit enim ad fabulam illam Andromedæ, quæ in vinculis asserva-

vabatur tradenda Ceto (vt ferunt) Ioppęs, nisi eripuisset eam sociamque sibi adiunxisset Perseus: prout historia copiose a Manilio narratur in libro 5.

11 *Diuisum spatio, quod terna l.*) MS & Rom.
Diuisus spatio, quod tertia lampada dispar
Conspicitur paribus, Deltoton nomine, sidus.
Diuisus pro diuisum, facili lapsu, s pro z, vt m in fine plurimum MSS notant. Sequentia sunt exegetica, iniquo spatio diuisum esse Deltoton, quia tertia lampada, id est, stella illius trigoni Δ est dispar spatio, neque apparet conspicientibus ἰσόπλευρος. *Lampada* autem Latinis priscis in nominandi casu dicebatur, a lampas, vt ab hebdomas hebdomada, a cassis cassida. & ita Lucretius. Sequentium versuum labem optime doctissimus Scaliger vidit, & curauit sagacissime.

13 *Cepheusque & Cassiopea*) MS *Cassiopia:* vetere scriptura.

17 *Ne veterem Perseus Cælo*) Lannoius legit, *Ni veterem*, optima coniectura. Etsi *ne* pro *ni* in veteribus libris persæpe legitur: vnde est donicum, donec: & Nequi sciuit, centuria a Seruio Tullio Rege constituta in comitiis Centuriatis vltima: pro eo quod est, Ni qui sciuit, vt apud Festum legitur.

18 *Fugiendaque Gorgonis ora*) MS *figienda Go.* sed cum litura, corruptionem clamante.

19 *Spoliumque sibi vestemque videnti*) MS & Rom. *testemque videnti.* Epitheta sunt capitis Gorgonei quod Perseo fuerit spolium (vt idem auctor appellat libro 5. *Vixque manu spolium tenuit, victorque*

Medusæ Victus in Andromeda est.) videnti vero testis victoriæ quam ille adeptus est. Etsi perplacet mihi sagacissima illa coniectura Lannoij nostri, qui legendum putat, *pestemque videnti*: hoc enim caput pestis fuit exitiumque præsentissimum videntibus. Atque hæc (nisi me animus fallit) germana est auctoris.

25 *Nobilis & mundi*] MS *Nubilis & M.* Sic u pro o in MSS. passim: vt *vbices, publicus, publicola*, pro eo, quod est obices, poplicus, poplicola, & sexcenta alia.

Pag. 13. vers. 10. *Per tria subductos signatur lumina vultus*] MS & Rom. facili commodaque sententia sic habent,

Per tria subducto signatur lumina vultu.

nam Orionis caput sic fingitur, vt vultus subductus a nobis quodammodo immersus & latens in cælo videatur esse, vertex vero seu cælum capitis tribus stellis designetur.

15 *Nec granius cedit, non horrens frigore.*] MS & Romanus,

Nec grauius cadit, nec horrens frigore surgit,
Nec vacuum Solis fulgentem deserit orbem:
Sic in vtrumque mouet Mundum, & contraria reddit:

euidente sensu, & ordine, quod Lannoius annotauit.

24 *Magna fides hoc posse color, cursusque micantis*] manuscriptus,

Magna fides hoc posse, color, cursusque micantis
In radios. vix Sole minor, &c.

Magna fides, μεγάλη πίστις, μέγα εἰς πίστιν τεκμήριον

ριον ϐ ταῦτα δωάδς.

30 *Mari quod prima cucurrit*] MS *Mari qua prima cucurrit.*

31 *Et meritum magnis Mundum tenet acta*] MS & Romanus,

Emeritum magnis mundum tenet acta procellis.
Recte *emeritum mundum* διαδωικεδοχῆς appellat homines qui suis meritis (vt ait Tullius lib.2. de legib.) in diuos relati sunt, vt fuerunt Hercules, Castor, Pollux, quod sequentibus verbis ἐξηγεῖ) *Seruando dea facta deos.*

Pa.14.v.2. *gratus Iaccho*] MS & Rom.

-- *gratus Iaco*
Crater, & duplici Centaurus imagine fulget,
Reponendum fuit omnino *fulget*, pro *fulgens.*

5 *Ipsius hinc Mundi templum est*] Manuscriptus & Romanus,

Ipsius hinc Mundo templum est. Lectio non incommoda. Ab hac parte, ait Manilius, Mundo est templum suum, quo augures obuertuntur in specionibus ad auguria captanda: quapropter etiam Sacrarium aliis appellatur. Varro lib.6 de lingua Lat. *Cælum qua tuimur, dictum templum. Sic, Contremuit templum Iouis altitonantis, id est (vt ait Neuius) in hemisphario, terra vbi septum stat, cærulo. Eius templi partes quatuor: sinistra ab Oriente, dextra ab Occasu, antica ad meridiem, postica ad septemtrionem.* Hinc ergo meridiana cæli regio templum cæli fuit appellatum, aut etiam mundi. Sic illa Vestalis Ennii apud Tullium libro 1. de diuinatione.

Quamquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lacrymans, & blanda voce vocabam. &c. inferius pag. 15.

Vltima quæ Mundo semper voluuntur in imo,
Queis innexa manent Cæli fulgentia templa.

Hinc læua, prospera quæ ab Oriēte exhibebantur ad Meridiem prospectantibus, vbi templum & sacrarium Mundi esse putabatur. Maro:

--si quē Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo.

7 *Tum Di quoque magnos)* ms & Rom. *tumidi quoque magnos.*

18 *Quam propter Cetus)* ms *Quapropter Catus.* sic passim.

26 *Alterius capiti coniungit)* ms *Vlterius capiti.*

27 *Amnis, & in medium coeunt)* Hunc versum proxime sequuntur illi sequente pagina, *Hos inter Solisque vias, &c.* qui versus sunt numero quindecim. Id enim ordo Manilianus omnino postulat, & acute Lannoius noster obseruauit. Post hos autem quindecim proxime subiiciendi sunt illi decem qui præpostero ordine antecedunt proxime. Eorum principium est, *Altera pars orbis,* &c. Denique illi quatuor, *Sunt alia aduerso pugnātia sidera mūdo,* &c. sunt ex hoc loco furcillandi, & paginæ 26. restituendi, vt bene præcipit ms fides & veterum librorum auctoritas.

Pa. 15, v. 6. *His inter Solisque vias)* ms & Rom. *Hos inter S.*

11 *Quis innixa manent)* ms & Rom. *Queis innexa manent:* & ita exponit Bonincontrius, innexa, continuata.

12 *Nusquam in consp.)* ms & Rom. *Nusquam in con-*

conspectu redeuntia cardine verso. In conspectu, nobis videntib. *Redeuntia*, συνεκδοχικῶς pro eo quod est simili conuersatione alternaque abeuntia a nobis & ad nos remeantia, vt fit in longitudinē circa Mūdi axem. Eleganter dictum, vt supra *3.6. Cæli species redeuntibus, astris Percepta* dicitur.

16 *Quia mens fugientia visu*) MS & Rom. non sine vitio, *quāuis fulgentia visus Hunc orbem Cæli*, &c. Tu me auctore sic lege,

-- quia vis fulgentia visus
Hunc orbem Cæli vertentis sidera cursu
Cardine tam similis fultum quam vertice pingit, vel *fingit*.

Facilis lapsus ex scripturæ notis persimilib. quia & quam.

21 *Sunt alia aduerso*) Hi quatuor versus, vt paulo ante monuimus, ad 26. paginā pertinent. Prius enim Manilius expedit quæ de Cælo supero dici oportuit, quam ad Planetarum orbes descenderet.

27 *Deficiat nihil, & vac.*) MS & Rom. sic habent, minime male,

Deficiat nihil & vacuum qua lumine cesset.

Ne quæras, inquit, vt totum cælum ignescat, & vlla parte eius nihil deficiat ignis, & qua cesset vacuum lumine, id est, igne qui a natura est φωτιστικός. Rationem exponit sequentibus.

31 *Formas distinguere tantum*) MS *disiungere*.

Pag. 16. 1. *Et quo clara magis*) Hunc versum male a doctissimo Scaligero de sua sede in coloniā hanc deductum esse iudicabat Lannoius noster: cui adstipulantur MS & Rom. quare ad suam re-

trahendus est, & post versus 8. collocandus ante illum, *Non varios obitus.*

2 *Ignea designat species*) MS & Rom. *Linea designat species*, id est, lineamentum mathematicum vel imaginarius ille linearum ductus artificiose constitutus ad commoditatem cælestis disciplinæ, hæc ergo constituit species siderum, in quibus ignes respondent ignibus, vt Manilius loquitur. Sic Lannoius.

4 *Cernuntur. satis est*) in MS & Rom. legimus, nō male, *Creduntur*: & ita exponit Bonincontrius.

8 *Pura licet va.*) MS & Rom. *Plura l.*

10 *Non varios obitus*) in MS & Rom. hic positus est versus ille,

Et quo clara magis possis cognoscere signa,

Non varios obitus, &c.

19 *Qua pateat Mundum*] Leue est quod dicam. sic habet MS.

Quam pateat Mundum diuino numine verti. Illud M. πλεονάζον me adducit vt credam Manilium scripsisse,

Qua mundum pateat diuino numine verti.

Sic enim sæpe in MS quæ prima est litera sequentis vocis legitur in fine præcedentis παραγομένη.

29 *Si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernat*] Romanus sic:

Si Sors ista dedit nobis, Sors ipsa gubernat,

At cur disp. &c. MS vero,

-- Sors ipsa gubernet. At cur disp. &c. Mihi vero magis probatur prius. Equidem hic & versu quoque 20. paulo ante, nomen sortis quam fortis

tis maluerim.

Pagina 17. versu 12. *Quot capti populi? quoties fortuna*] MS

Quot capti populi? quotiens Fortuna per orbem
Seruitium imperiumque tulit, variegue reuertit?
Troianos cineres in quantum oblita resi..t
Imperium? fatis Asiæ &c. Rom.
Troianos cineres, quantumque oblita resouit
Imperium? Sed nihil elegantius lectione illa excogitari potest, quæ antiquo illi manuscripto debetur.

16 *Secula denumerare piget*] Rom. *dinumerare*, melius.

19 *Nec se cognoscunt terra*] MS & Rom. sic habent,

Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per secula gentes.

Quid si sic legeris?

-- vertentibus annis
Exutas. variant faciem p.

21 *Sua nomina seruat*] MS & Rom. *suaque omnia seruat.*

24 *Non alium videre patres*] hos versus in MS. & Rom. sic legimus,

Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres, aliumve nepotes
Aspicient. Deus est qui non mutatur in æuo.
Nunquam transuersas Solem decurrere ad Arctos, &c.

31 *Suis consumere sidera signis*] MS & Rom. *consumere tempora signis*. Et ita ex coniectura reponebat Lannoius.

32 *Non opus est magni casus, sed n,*) optime MS ex quo restitue:

Non casus opus est, magni sed numinis ordo.

Pa. 18. v. 3. *Altius his nihil est*) MS & Rom. *Altius hic n.*

17 *Bisque iacet*) Hic versus, vt doctissimo Scaligero visum est, a Parallelorum descriptione huc quidem transferri potest. Sed dissident ab eo MS Rom. Bonincontrii expositio, & Lannoij nostri sententia: quibus cum bona tanti viri pace profiteor me certo iudicio & ratione assentiri. Expungendum hinc censeo.

22 *Hoc igitur*) MS & Rom. *Hinc igitur*: & ferri potest, & meo iudicio seruari debet. Quæ res vt commodius intelligatur, metaphrastice eam repetemus altius, nempe a versu 15. huius paginæ. Tantum est spatium, inquit Manilius, duorum signorum Zodiaci, quantum est interualli inter cælum & terram, idest, circumferentiam & cẽtrum ipsius. Probatio: nam quãta est diametrus, ter tantum capit sphærica illius circumferẽtia, & paulo amplius, nẽpe septimam præterea partẽ. Sphærica autẽ circumferentia capit 12. signa & δωδεκατημόρια: Plana ergo diametrus capit 4 δωδεκατημόρια. A cẽtro vero ad περιφέρειαν dimidia est diametrus: duorum igitur signorum vel δωδεκατημορίων spatium est a terra ad cęlum. In corpore autem profundo duplex est centrica diametrus, in latitudinem, & in altitudinem: & terra est profunditatis illius centrum. Horum igitur 4 δωδεκατημορίων quæ sunt altitudinis, duo

duo ſuperiori diametro neceſſe eſt deputari, & inferiori totidē: ac proinde ſena ſunt Zodiaci ſigna ſupra nos exſtantia, totidemq; infra. Hæc ſingula ipſis Manilij verbis ad euidētiam diſtinguemus, hoc modo:

Propoſitio maior cum ſua confirmatione exponitur his verbis:

Nam quantum a terris atque æquore ſigna recedunt
Tantum bina patent: quantumque inciditur orbis,
Per medium, pars efficitur tum tertia gyri,
Exiguo dirimens ſolidam diſcrimine ſummam.

Sequitur aſſumtio, loquutionibus pauculis obſcurata. quapropter eas ſuo ordine vna aut altera vocula declarabimus.

Summum igitur cælum (i. pars ſuperior cæli exſtans ſupra diametrum terræ) *bis bina reſurgit*, actiue ſumptum, ἀρχαϊκῶς, ſurregit, vnde ſerectus Ennio) *ab imo* (i inferiore parte diametri) *Altera bis*, (i. conſimiliter bis bina) *ſenis vt ſit pars tertia ſignis.* (i. vt diametrus ſupra & infra ſena obtineat ſigna)

Sed quia per medium eſt tellus ſuſpenſa profundum, (i. quia mundus, cuius centrum eſt terra, diametrū quoque in profunditatem habet)

Binis a ſummo ſignis diſcedit, & imo. (i. facit profunditas vt bina præterea ſigna eorumque dodecatemoria accedant quaternis illis quę ante poſita ſunt in vtraque parte iacentis diametri.)

Concluſio his omnibus commode ſubiicitur a Manilio, his verbis:

Hinc igitur, quodcunque ſupra te ſuſpicis ipſe,
Qua per inane meant oculi, quaque ire recuſant,

(i. quocunque te verteris & contuleris cogitationem tuam)

Binis æquandum est signis(ideſt ſpatium duorum ſignorum oportet ſtatuas a terra ad cælum, quod ſpatium eſt ſextans aſſis) *ſextante* (id eſt, in ſpatio illo ſextantali a cęlo ad terram) *rotundæ Afficiunt orbem Zonæ* (quid autem ſibi velit ſextans, Poeta exprimit ſequentibus) *quæ ſigna feruntur*

Bis ſex, æquali ſpatio texentia cælum.

27 *Ne mirere vagos partus*] Romanus *Nec mirere vagos p.*

Pagina 19. verſu 3. *ſolidas a cæli vertice partes*] Rom. *ſolidas fulgenti a vertice partes.* nempe librarius imprudens ad ſuperiorem verſum reſpexerit, vnde petitum eſt fulgentis nomen.

7 *Æſtiuum medio n.*] Lannoius legebat, *Æſtiui med.*

12 *Ingenti ſpira totum percingit Olympum*] MS & Rom. *ſpera*, e pro i poſito, antique. Tum MS *præcingit Olympum.*

13 *Quo limine Phœbus*] Manuſcriptus & Romanus, *Quo lumine.*

18 *Proximus hunc vltra brumalis nomine circes*] MS & Rom.

Proximus hunc vltra brumalis nomine, cingens
Vltima deſignat fulgentis lumina Solis
Inuiaque obliqua radiorum munera flamma
Dat pariter minimum nobis.

Ingenioſiſſime, vt pleraque, circitem pro cingente, & limina pro luminibus repoſuit doctiſſimus Scaliger. cætera ferri poſſunt, & ſenſu non incommodo. *Cingens* autem ſi cum ſequente ver-

verſu conſtruxeris, eleganter dici & retineri poteſt. Hic enim ſemper ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt nomen circuli ex principio paginæ.

23 *Candentem extenta per æſtum*] Rom. *extenſa*, εὐφωνότερον. Hic autem reponit Lannoius noſter verſum a Scaligero tranſportatum, vt in MS & Rom. & vulgatis exſtat:

Bisque iacet binis ſummotus partibus orbis, puta a die candentis æſtus quem Tropicum æſtiuum appellamus. Fuit enim Manilio propoſitum circulos parallelos eorumque diſtantias inter ſe oſtendere. Ergo quod de Æquinoctialis diſtantia dixerat ab æſtiuo Tropico,

Quatuor & gradibus ſua fila reducit ab æſtu, idem de æquali Tropici hiberni diſtantia ab eodem æquinoctiali dici oportuit. Hęc Lannoius: cui facile aſſentior.

27 *Et quantum a noſtro*] hos verſus idem diſtinguit hoc modo,

Et quantum a noſtro ſublimis cardine gyrus
Diſtat, ab aduerſo tantumdem proximus illi.

Senſus eſt, Parallelum circulum Antarcticum tantumdem diſtare a polo Antarctico, quantum circulus Arcticus a polo Arctico, i. ſex partibus ſeu gradibus Eudoxianis.

30 *Sic tibi per binas*] hos verſus idem ſic interpretatus eſt. Si ſpatium, inquit Manilius, quod eſt a polo vno ad alterum, hoc eſt hemiſphærii vnius ſpatium per alterum quoque hemiſphærium metiaris, ea bina ſpatia ſeu eorum ſummã efficere ſpatiũ ſummamq; ambitus ſeu amplitu-

dinis globi cæleſtis: ac proinde cum a polo vno ad alterum per diſtantias quinque circulorum inuentum ſit ſpatium 30. graduum, totius mundi ſpatium ſeu ambitum fore graduum ſexaginta.

Pa.20.v.1. *Inclines*) ms & Rom. *Incliues.*

2 *Quandoquidem texto, quo totus*) ms & Rom. *ſexto quo totus*, &c.

Senſus eſt, in ſextante illo vel ſextantali ſpatio quod a cæli ambitu ad terram protēditur, eamdē plane cum Mundo cōuerſationē habent, ſed interualla ſua ſeruantes παϱάλληλα: ex quo illud conficitur neceſſario quod ait Manilius, vt ſocios ortus occaſibus æquent.

15 *Extremamque ſecans*) Duo quidē illi verſus in ms & Rom. ante hunc verſum exſtant, quos tolli merito iubet Scaliger. Quia tamen corrupta comparent in omnibus, reſtituam ex coniectura quod poſſum, inuentionis & iudicij libertatē optimo lectori permiſſurus.

Circulus a ſummo naſcentem vertice mundum
Permeat Artophylaca petens per terga Draconis.

Hæc vulgata lectio. Quid autem, ſi totus ita legatur locus?

Alter, ab excelſo decurrens limes Olympo,
Circulus a ſummo naſcentem vertice mundum
Permeat, Artoi repetens per terga Draconis,
Serpentis caudam, &c.

Hanc lectionem confirmat interpretaturque Manilius paulo poſt altero illo verſu, *Principiūque ſuum repetito cardine claudit.* Nam primum cardo principiumque coluri huius ſtatuitur, deinde

de linea ductus in orbis ambitum circumſcribitur: quem ordinem in ſequente coluro auctor optime obſeruauit.

14 *aduerſum occurrit r.*) MS & Rom. *aduerſus cōcurrit rurſus in axe*, nimirū Antarctico polo. *Aduerſus* autem, ideſt, obuerſus & reflexus in eam ipſam partem vnde erat profectus, idque in axe Antarctico, *rurſus concurrit*, ἀνακάμψας συνδρομεῖ· eleganter dictum. *Rurſus*, τὸ ἀνάπαλιν, vt poſtea verſu 28.

28 [*Alio rurſus de limite tāgēs*] MS & Rom. *alio rurſus de limite tangit Te Capricorne, tuiſque Aquilam deſignat ab aſtris*: Recte: nam vox, *currens*, ἀπὸ κοινοῦ repetenda eſt ex ſequente verſu.

31 *Poterit aſtra*) MS *proterit*. Rom. *præterit*. hoc malim.

Pag. 21. v. 9. *ſupera ſe circinat orbem*) MS & Rom. *ſupra ſe cir.*

11 *Diuiſo ſignantem limine mundum*) MS *lumine*. Romanus. *limite*: idque optime: nam ex eo dicitur horizon, ὁ ὁρίζων de quo poſtea: hic vero ὁ μεσημβρινὸς, Meridianus, diſcretionis ergo.

18 *Nos primam & ſummam ſextam numeramus vtriq;*) MS & Rom. *numeramus vtramque*. Nos, ait Manilius, qui in media Italia verſamur, & Heſperiis paulo Orientaliores ſumus, diem habemus paulo maturius, ac proinde ſexta noſtra duas Orientalium horas participat, nempe duodecimā & primam illorum. Itaque ſic diſtingui velim,

Nos primam & ſummam, ſextam numeramus vtramque.

24 *Hæc quoque*] hos duos versus doctissimus Scaliger commutauit.
Sed in MS & Rom.sic eos legimus,

Præcingit tenuis transuersum limite mundum.

Hæc quoque per totum volitabit linea cælum, Nunc tantum,&c.Prior versus circumscriptionem horizontis videtur concludere:posterior vero initium facit loci περὶ τῆς παραλλαγῆς, vel instabilitate sedis circumscriptæ illius. Quamobrem vulgatum ordinem seruandum puto.

32 *Dimidium tegit*]MS & Rom.sic legunt, *Dimidium regit atque refert varioque notauit Fine & cæ visu pariter sua fila mouentem.* lego mouente. *Regit* autem,id est,finibus terminat statuitque.Forése verbũ ex XII.Sic lapis apud Tibullum lib. 1.eleg. 3.*certis finibus arua regit*

Pag.22.ỽ.3.*Plano præcingit limite*] MS *præcinxit.* Rom *percinxit.Percingit* malim.

5 *His addunt alios*]Rom.*His addunto aliquos diuersâ fila trahentes.* MS *his addite aliquos.* nempe librarius pro addunto imprudens scripserit interpretamentum suum.*Diuersâ* autem,vt rectâ,& similia. Etsi diuerse malim,aut potius diuersum,vt Plautus Milite.

13 *Lanigeri & Libræ filo sua signa secantem*] MS & Rom.melius,

Lanigeri & Libræ signo sua fila secantem.

16 *Tantumque notari*]MS &Rom.*tantoque notari.*

18 *Sed nitet ingenti stellatus baltheus orbe*] Rom. bene illud,

Sed nitet ingenti stellarum baltheus orbe.

23 *Alter in aduersum positas*] MS & Rom.*positos,* le-

lego *positus*:nam o in locum u apud veteres successisse quis nescit?

29 *Intra caudam qua Scorpius ardet*] MS *inter caudam q.*

Pag. 23.ver.2. -- *Geminosque per ima*
Signa secans subit Heniochum, teque inde profectus
Cassiopea petens.) MS & Rom.in hunc modum,
-- *Geminosque per imum*
Signa secat, subit Heniochum, teque, vnde profectus,
Cassiopea.

14 *Inter diuisus a callibus est via*] MS & Rom.*diuisas aequalibus.*

23 *Dum noua per cacam rimantur lumina noctem*] MS & Rom.*vibrantur lumina*,id est,micant.*Noua* autem,nouata,denuo redeuntia.

25 *Num se diductis*] MS & Rom.*deductis*: atque hoc Manilianum esse ante ostendimus in paginam 11.

26 *Segminib.*] MS & Rom. *Seminibus*,id est,principiis: vt etiam infra pag.*47.19.*& 110.21.

30 *Duplicisque extrema carina*] MS & Rom *cauerna*, laudabile, & eleganter dictum, vt sequentia multa.

Pag.24.ver.14. -- *currusque superbus Luxuriat Mundo cupit &*] MS -*currusque superbus Luxuriat mundo, cupit & maiora parente.* Hoc probo.Similē autem homonymiam ostendimus supra *2.24.*

15 *Orbemque recentem*] MS & Rom.*regentem*, de Phaëthonte dictum.

24 *Nunc quoque praeteriti faciem seruantia casus*] In MS notatum est,alios legere,*faciem referentia casus.*

Pagina 25. versu 1. *dignataque nomina Caelo*] MS

numina u pro o.

8 *Danaumqun ad pergama reges*) in MS & Rom. additur ille versus,

Castra ducum & cæli victamque sub Hectore Troia. quem expungit Scaliger. Quid si sic legeris?

--Danaumque ad Pergama Reges

Casta ducum, facili victamque sub Hectore Troiam. *Pergama casta*, ἁγνά, ἱερά. Homerus, τροίης ἱερὸν πτολίεθρον. *Facilis* autem olim actiua significatione, commodus & expeditus faciendis rebus: vt facilis & expeditus ad dicendum vir appellatur apud Tullium de claris oratoribus. Hic autẽ vocem, *ad*, repete ἀπὸ κοινοῦ.

11 -- *Quos Gracia misit*) Additur in MS *Atque Asia gentes, & magno maxima bella.* Rom *& magna maxima bello.* Legendum, *& Magni maxima bello*: nempe Macedonica, quam nobilitauit Alexander magnus. Atque hic finis exterarum gentium, quas res bellicæ nobilitauerunt: nisi forte (quod ego quidem malim) ad continuationem argumenti huc eum versum retraxeris qui est ab hoc septimus, *Persidis & victor, strarat qui classibus æquor*: nempe Themistocles, quo auctore Athenis relictis ciues nauibus se commiserunt. Plutarchus.

19 *Tarquiniique nimis Reges*) MS & Rom. *Tarquiniique minis reges*: nam expulsi corpore, animo & minis ad regnum adspirabant. Hos autem versus ex MS indiciis ita legerim,

Tarquiniique minus reges, & Horatia proles
Totam aciem parcens, necnon & Scæuola trunco

No

Nobilior, maiorque viris & Clœlia virgo,
Et Romana ferens, quæ texit, mœnia Cocles.

Horatii tergemini victis Curiatiis totam aciem Rom. pepercerunt. Virgil. Æneid. 10. *Argenti atque auri memoras quæ multa talenta Natis parce tuis.* Cocles autem Rom. mœnia ferre dicitur μετωνυμικῶς, pro signo seruatæ vrbis, tropæoq; aut corona ciuica. Sic apud Iuuenalem mendicus ferre naufragii tabellam dicitur elegantissime. Si qui tamen illud, *nimis*, seruatum velit, per me licet: nam de Tarquiniis in eamdem ferme sententiam Liuius sub principium libri 2. *Nimiũ Tarquinios regno adsueſſe: initium a Prisco factum,* &c.

13 *Qui virtute sua*) Hactenus de Zodiaci, & Cæli vel Mundi (vt Manilius appellat) signis. Iam ad inferiora descendit: primum quidem Planetarũ orbes, deinde vero μετάρσια siue μετέωρα. Quapropter ordo ab auctore institutus postulat, vt retrahantur huc quatuor illi versus qui in Scaligeri editione habentur pagina nona. Nam & in Romano ad hunc locum relati sunt. Hi autem illi sunt:

Sunt alia aduerso pugnantia sidera mundo,
Quæ Cælum Terramque inter volitantia pendent:
Saturni, Iouis, & Martis, Solisque: sub illis
Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus.

Sed hanc partem, vt antecedentes, Manilius non explicauit.

14 *Hinc prius incipiam*) MS *Hic prius.* Romanus, *Ac prius.*

18 *Sunt etiam raræ fortis*] MS & Rom. hoc modo:

Sunt etiam raræ sortis natalis, euntes
Protenus & rapti: subitas candescere flammas
Aera per liquidum, tractosque perire Cometas.
Rara per ingentes viderunt secula motus.

Euntes protenus & rapti, id est, orientes & morientes illico. Sic enim rapiendi verbum Manilius vsurpat passim.

26 *Dimissus*] lege *demissus corripit ignis.*

27 *Deprendit flamma capacem*] MS & Rom. *rapacem* Maniliana phrasi, vt in pag. 5. adnotauimus.

30 (*aptoque incendia fine*) MS & Rom. *captaque incendia fine.*

31 *Subsistunt pariterque cadunt, fugiente Cometa.*) MS & Rom. *fulgente Cometa*, id est (ait Bonincontrius) dum fulget, ignes illi durant.

Pag. 27. vers. 2. *Alter nocte dies*) Rom. *Altus nocte dies esset, Cælumque rediret. Immensum & somno t.*

16 *Paruosque capillos. Mentitus, paruos*) In MS & Rom. *paruosque capillos Mentitur paruis signis, glomeratur in orbes.* Sed Lannoius ita maluit legi,

-- *paruosque capillos Mentitur paruos ignis glomeratus in orbes.*

18 *Lampadas & fissus*) Hi omnes versus in MS & Rom. sic exstant,

Hirta, figurantes tremulo sub lumine messes,
Lampadas, & fissas ramosos fundit in ignes.
Præcipites stellæ passimque volare videntur,
Quum vaga per liquidũ scintillant lumina Mũdũ,
Et tenues longis iaculantur crinibus ignes. (MS. *iactantur*)
Exsiliuntque procul volucres imitata sagittas (MS.

Exu-

Exuruntque pr.)
Hirta, ὁ ἵππαρος: Fissa, κεραλίαι. Hæc meo iudicio, non male.

24 *Arida cum gracili*] Rom. *Ardua cum g.*

32 *Ne mirere,*] Rom. *Nec mirere.*

Pag. 28. ver. 7. *Inuoluens ignes*) MS & Rom. *In volucres ignes p.*

8 *Siue illas Natura faces obiuncta cre.*) MS & Rom. *ob cuncta cr.*

16 *Signa per effectus (alique incendia mittit*] Rom. *per affectus*. Bonincontr. *per affatus*. al. *perafflatus*.

17 *Futilibus excanduit ignibus æther)* Rom. *concanduit*, & recte.

18 *Squalidaque elusi deplorant ar.)* Rom. *Squalida quin lusi deplorent arua coloni.* omnino recte.

23 *Tabentesque rapit*) MS & Rom. *Labentesque*, vt versu 27.

Pag. 29. v. 13. *Ne mirere*) MS & Rom. *nec mirere.* in Rom. autem sic versus perficitur, *graues hominum rerumque ruinas.*

19 *Vix etiam sicca*) MS & Rom. *Vixque etiam sicca.*

26 *Fœmineum sortita iugum quum pompa tetendit)* MS & Rom *rependit*, nimirum eas res quæ repetebantur prælio, vt modo Manilius cecinit. *Tetendit* autem, castrense quidem est, at non nauale verbum: fuit vero Actiaca naualis pugna. Illud autem quod antecedit, -- *repetitaque rerum Prælia*, δι' ὑπαλλαγῆς dictum est pro rebus prælio repetitis: nam res Romanas interuersas ab Antonio & Cleopatrę fuisse datas Augustus criminabatur, Dione teste: quem *Rectorem Olympi* Manilius vocat, respiciens ad illud.

quod ante dixerat pag. 25. versu. 9. *cælumque repleuit, Quod regit Augustus socio per sign[illegible] Tonante*: quapropter pontus minusculo p. scribendus est, & *in ponto quæsitus rector Olympi*.

Pag. 30. v. 1. *in carcere clausa*.) Rom. *clusa*.

IN LIBRVM II.

Pagina 30. versu 19. *Hectoreamque facem, tutamque sub He.*) MS & Rom. *Hectoreamque facit, tutamque sub Hectore Troiam*. Malim, *Hectoream fecit, tutamque*, &c. etsi perparum interest. *Facit* autem vel *fecit*, ἐποίησεν, vt sequente versu. Atque hoc Iliados argumentum: sequitur Odyssex.

21 *Totidem quem fecerat annis*) MS & Rom. ita habent:

Erroremque ducis, totidem quod fecerat annis
Instantem bello, geminata per æquora ponto.

Quod autem pro *quot* in MSS. plerumque legi, omnibus notum est. legendum igitur, *totidem quot fecerat annis*. *Ponto* autem, an *ponti* legas, non magnopere refert.

25 *Patriam qui & iura petenti*) MS *patria qua iura petentem Dum dabat eripuit*. Rom. *patriam atque iura petentem Dum dabat*, &c. lego quam minima mutatione. *Ore sacro cecinit: patria qui iura petenti Dum dabat, eripuit, cuiusque ex ore profusos Omnis posteritas latices in carmine duxit*. &c. Hæc non de Vlysse, sed de Homero dici res ipsa loquitur, & alterius membri copula ostendit manifesto, *cuiusque ex ore*, &c. Constructio est, *qui poeta eripuit latices illos patriæ suæ ipsius, dum iura dabat ipsi petenti*: Iura autẽ, eleganter dixit ὁμωνύμως. Iura enim Ho-

merus petiit, id est, alimentum iustum meritumque ex mercede & humanitate: mercede, quod poeta gratus: humanitate, quod ciuis & cæcus esset. Huic ergo iura petēti & quasi πρυτανεῖα laboris sui *iura dabat patria*, nimirum Cumæ, iniquam sententiam ferens consilio publico, & per prætorem denuncians de alimentis ipsi non præstandis. Quapropter vehementer commotus & indignatione percitus, Cumanis suis imprecatus est, ne vnquam illic poeta nobilis exsisteret qui celebraret illos, & latices illos voto suo eripuit illis. Auctor Herodotus. *Profusos* autē legendum esse argute animaduertit Lannoius noster.

32 *Et primum titubantia sidera corpus*) MS & Rom. *Et primum titubantia sidera corpus Titanas iuuisse senes cunabula magni*, &c. quæ omnia paucula mutatione, & distinctionibus adhibitis, sic lego:

Infantem, & primum titubantia sidera corpus
Titanas mouisse senes: cunabula magni
Et sub fratre viri, & nomen sine fratre parentis.

Mouisse, commouisse. *Senes* autem eo dicuntur, quod ætatem obtenderet Titan, vt mundi imperium ad se potius quam ad Saturnū pertinere confirmaret, sibique iniuriam fieri. *Magnus vir sub fratre*, Iupiter: *parens sine fratre* (qui idem vir erat ipsius) Iuno Vulcani mater. Sed quo labor imprudens? De Titanibus autem videndum supra lib.1.pag.14.

Pag.31. v.6. *quod colles Bacchus*) Rom. haud scio an verius:

Militiamque soli quos colles Bacchus amaret,

Quos fœcunda Ceres campos, quod Bacchus vtrumque, &c.

11 *Astrorum*] MS & Rom. *Astrorum quidam varias dixeres.*

14 *Persea, & Andromedæ pœnam*) MS & Rom. *Persei, & Andromedæ pœnas. Persei.* autem nimirum signum.

15 *Solantemque patrem*) MS & Rom. *Soluentemq. patrem*, puta doloribus.

28 *Musasque inducit in arua*) MS & Rom. *Musamque inducit in auras.*

31 *Vitamque sua radice ferentes*) MS & Rom. *vitamque suam rad.*

32 *Immersum Tartaron atrum*) MS & Rom. *immensum Tartara natum*:

Mihi sic placeat maxime, *immensum, in Tartara natum* &c.

Pag. 32. versu 6. *Turbamque ad sacra ruentem*) MS *ad vota ruentem.*

11 *Nulli vatum debebimus orsa*) MS & Rom. *ora.*

13 (*ensum*) *sensum* in MS & Rom. & versu 29. *non flumina.*

31 *Par semper parteis*) MS & Rom. *pars semper.*

Pag. 33. ver. 7. *vitamque ac fata ministret*) MS & Rom. *ministrēt*: loquitur enim Manilius de signis æthereis, prout appellauit ea altero ante versu.

9 *Cominus est quærēda fides*) MS & Rom. *Nec minus est quærenda fides.* Prius dixerat de gubernatione Dei agente in mundo, ad versum vsque, *Hic igitur Deus*: tum ex ea communi gubernatione adstruit singularem, cum in ceteris animantib, tum in hominibus (qui ἐκ προαιρέσεως agunt

αὐτομάτως) potentissime explicatam. De hoc igitur argumento particularis gubernationis diuinæ Manilius statuit non minus, quam de illo fidem querendam esse. *fides* autem, πίστις, vt pa. 15. Quamobrem lectio hæc non est repudianda.

12 *Æq. seditio)* MS & Rom. in hunc modum.

Atque hac seditio pelagi: nunc sidera luna
Mota tenent, nunc diuerso stimulata recessu, &c.

Sensus est, hanc seditionem pelagi Luna motu suo modo retinet cohibetq;, modo excitat: Excitat autem, prout recedit a Sole & terra, aut etiam accedit. Consulendus Plinius lib. 2. natural. hist. ca. 97. In illo autem versu,

Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem,

hęc verba, *anni spatio*, cū participio *volantem*, construenda sunt: id enim est Solis epitheton, quod anni spatio totum circumuolat orbem.

18 *Fraternis sic reddit cornib. ora)* Bonincontrius, *curribus ora*, minime male, iudicio meo, sed ad sequentia peraccommode.

19 *Relinquit)* Rom. *reliquit.*

20 *Et sidus sidere cōstat)* MS & Ro. *cōstās.* lege *cōstas*

24 *Cælumque ac sidera)* Rom. *& sidera.*

26 *Venturasque vident hiemes]* Rom. *vēturosq. vident imbres:* proculdubio longe melius, vt docet antithesis.

28 *Eximiam Natura dedit]* velim, *Cui eximiā N.*

Pag. 34. vers. 2. *Quo patet auctores esse)* Rom. *quod patet auctoris summi, nō corporis esse.* Quanto melius?

6 *Nisi qui pars ipse Deor.)* MS & Rom. *pars ipsa D.*

10 *Ac terras Cæloque fretum)* hunc versum ita legendum dixerim,

Atque fretum & terras Cælo, subiectaque vtrisque Cernere.

Sententia hæc est, quis homo est qui animo & cogitatione possit comprehendere aptissimum illum ordinem quo mare & terra cælo, & tam multa mari ac terræ subiecta sunt?

13 *Vertisset ad ipsam)* MS & Rom. *ipsum*: nempe Mundum.

20 *Ipsi res operi)* MS & Rom. *Ipsa fides operi faciet pondusque fidemque.* De suo autem opere Manilius agit elegantissime. Sequentia ex eorumdem librorum fide sic legere non dubitauerim:

Nam neque decipitur ratio, neque decipit vnquam:
Rite secanda via est a veris credita causis,
Euentusque datus qualis prædicitur ante. manifesta sententia.

26 *Cupiam qua ad sidera)* MS *quom*. Rom. *cum ad sidera.*

29 *Verbere agam currus nō oc.)* alij, *Umbrato curru, non occurs.* & Recte, vt sequentia ἐξηγεῖ): est enim vmbratus currus, ᾧ οὐδεὶς ἀντιβαδίζεται. Hic interpolata fuit scriptura MS optimi.

30 *Nec per iter soc.)* MS & Rom. *Nec pariter socios communes gentibus actus.* Malim paucula mutatione, *Nec per iter sociis commune regentibus actus.* Quoties enim gloriatur Manilius se ad hæc scribenda venisse sine ductore & comite? *Actus* hic participium est, manifesto sensu.

31 *Sed cælo noscenda canam) Sic* mauult Lānoius, non male. præcesserat enim, *sed*, quarto ante versu.

Pag. 35. v. 3. *Illa fugit, quæ d.)* MS & Rom. *fluit.*

Et

5 *Et blandos ad verba sonos.)* MS. & Rom. *Et blandis aduersa sonis.* Nempe scitulus aliquis librarius illa putauerit cum nomine *aduersa*, constructa esse, & quartum casum tertio pro sapientia sua commutauerit. Hanc vero Manilii germanam puto:

Et blandos aduersa sonos, dulcemque per aures
Affectum, aut modico noscendi afflicta labore.

Nam repetenda est ἀπὸ κοινοῦ præpositio *per*, ex antecedente ver. *Affecta* autem vel *afflicta* legitur in Rom. & Bonincontrio. Sensus igitur est eos fluere, qui aut nihil (prout aduersi sunt) aut parum curant scientiam.

7 *Hoc quoque futurum est, legem prædicere fati)* MS *perdiscere*. Rom. *prædiscere*. Est autem hic versus ἐπιφώνημα αἰτιολογικόν, vt Bonincontrio & Lānoio video placuisse, procœmium concludens, & ad institutum sermonem μεταβατικόν.

8 *Ac primum)* MS & Rom. *At primum*.

12 *Cernis vt auersus redeundo surgat in arctum?)* MS & Rom. *vt aduersus redeundo surgat in arcum?* Aduersus autem, vt pag. sequente Manilius explicat. nam tria signa Soli aduersa sunt. Sic pag. 9. 19. *In arcum*, inflexo & arquato corpore. Hunc autem versum omnes libri veteres habent ante illum, *Alternant genus*: suoque loco restitui Lannoius iubet nota parentheseos circumclusum. Et magis probo.

15 *Etiam signanda)* MS & Rom. *quæ iam sig.* lege *quin iam sig.*

16 *Propria quæ sorte feruntur)* Rom. *forte*. & ita mallim, vt annotauimus in paginam 4. 26.

17.&18.quos Scaligero placuit mouere hac ſede. Ego cum bona tanti viri pace aliter ſentio.

13 *Mitior Autumnus*]MS *Mitior Autumnus molles ſibi vendicat artus, Materiamque hominis, fera tergo,* &c. Sententia loci eſt, ait Lannoius, cum Sagittarius ſignũ ſit δίσωμον, Autumnum vindicare ſibi partem mitiorem, id eſt, priorem aut ſuperiorem, puta os humanum: poſteriorem vero, id eſt, membra fera equi excipere hiemem a tergo humani oris. Hoc probo.

15 *Mittunt in tempora*]Rom. *mittuntque in t.* & ita Lannoius.

16 *Cum Sol æquoreis reuolans decurrit ab aſtris*] MS & Rom. *in aſtris*: & recte. Cæterum hic verſus in veterib. libris ſubiicitur verſui, *Bina ferunt*, qui vigeſimus eſt iſtius paginæ.

18 *Præmittit*]MS & Rom. *promittit*, id eſt, porro mittit.

21 *Hiberni coeunt*]Deprauata omnia. MS *Hiberni coeunt quem vernis tunc roboris imbres, Vltra quod ſurſum oris habet fluitantia ſigna.* Romanus, *Hiberni cedunt cum ver tunc roboris imbres Vltima quod ſurſum oris habet f. ſ.* Ego ſic legendum puto:

Hiberni coeunt cum vernis roboris imbres.

Vltima quos verſum oris habet fluitantia ſigna.

Nam ad imbres hibernos Aquarii plane os Piſcis obuertitur, Sed præſtat hos omneis verſus inde à principio paginę ordine coniungamus, vt ex veteribus libris legendos puto.

Quinetiam Erigone binis numeratur in aſtris,

Nec facie ratio duplex: nam deſinit æſtas (vel *Nec facie duplex ratio*:)

Incipit Autumnus: media sub Virgine vtrique.
Idcirco Tropicis pracedunt omnibus astra
Bina, vt Lanigero, Chelis, Cancroque, Caproque,
Quod duplices retinent connexo tempore vires.
Vt quod subsequitur Cancer, duo sidera, fratres:
Ex Geminis alter florentia tempora veris
Sufficit, astatem sitientem prouehit alter.
Nudus vterque tamen, quia sentit vterque calorem,
Ille senescentis veris, subeuntis at ille
Aestatis: pars est prima, sors vltima parti.
Necnon Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso
Promittit, duplici formatus imagine fertur.
Mitior Autumus molles sibi vindicat artus,
Materiamque hominis: fera tergo membra rigentem
Excipiunt hiemem, mittuntque in tempora signum.
Quosque Aries pra se mittit duo, tempora Pisces
Bina ferunt: hiemem claudit, ver inchoat alter:
Cum Sol aquoreis reuolans decurrit in astris,
Hiberni coeunt cum vernis roboris imbres,
Vltima quos versum oris habet flutantia signa.

Hæc, nisi me coniectura fallit, veterumq; librorum fides, sunt Manilii.

23 *Quin tria signa nouem*) MS *Quod tria signa nouẽ signis coniuncta repugnant.* Rom. *repugnent.* lege periculo meo, *Quod tria signa nouem signis coniuncta repugnent, En quasi seditio*, &c.

30 *Quæ sunt perspicere*) Rom. *prospicere.* Post versum autem proxime sequentem, ordinem sic restitue ex libris veteribus:

Non tenebris aut luce suam peragentia noctem:
Nam commune foret nullo discrimine nomen,

Omnia

Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent,
Et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur.
Sed quibus illa parens Mundi Natura sacrauit,
Temporis attribuit partes, &c. *Sacrauit* autem lego ex Bonincontrio. Nam *sacrata est*, quod in libris plerisque legitur, vitium est.

7 *Acri Scorpios ictu*) MS & Rom. *Scorpion.*

12 *Quinetiam sex cont.*) mallem, *Quidam etiam.*

13 *Castris esse vices*) MS *Esse vices castris.*

16 *Fœmineam noctem*) MS & Rom. *Fœminea in noctem.* melius.

17 *Quin nonnulla sibi nullo monstrante loquuntur*) Lannoius legebat, *tibi.* MS *nullo monstrante loquuntur* *Neptuno debere genus,*

22 *Hostisque duorum*) lego *positusque duorum*, i. Gemini, ἡ τῶν διδύμων θέσις.

23 *Dumosis Scorpius armis:* MS & Rom. *& dumosis Scorpius armis:* quam eleganter aculeus & ora eius dumeto comparantur?

24 *Sunt etiam*) in MS & Rom. hi quatuor versus exstant diuerso ordine:

Sunt etiam mediæ legis communia signa:
Ambiguus terræ Capricornus & æquoris vndis,
Parsque mari innitens fundentis semper Aquarii
Humida terrenis æquali fœdere mista.

Rom. *atque illi digerè mista,* MS *degere mixta.*

28 *A minimis minimum deflectere*) MS *animum deflectere causis.* Rom. *deflectere rebus. Animum* malebat Lannoius.

29 *Nec quicquam rationis eget*) MS *quicquid*, prisce pro quicquam.

Pag. 38. versu 6. (*Commenta notasse*) MS & Rom.

vocasse, id est, κεκληκέναι, pronunciauisse, perinde edidisse ac si loqueretur.

33 *Sub emerito conscendens orbe laborum*] Rom. *consīdens.*

14 *Contractus in artum*] MS & Rom. *in astris.*

24 *Patienter damna subire*] Rom. *patientem.*

30 *In partes tribuuntur sidera terra*] MS & Rom. *scribuntur sidera terra*: id est, describuntur vel discribuntur. Eleganter dictum.

Pag. 39. versu 9. *Laniger e paribus*] MS & Rom. *& paribus*. Lannoius malebat, *vt paribus.*

13 *Per totidem partes*] MS & Rom. *Per totidem toti desunt quæ condita munao.* Ego sic legerim mutatione ferme nulla:

Cetera sunt simili ratione triangula, signa
Per totidem, toto, quæ desunt, condita Mundo.

Quæ desunt autem, id est, ἐλλειπτὰ, quæ hic non exprimuntur.

14 *Seu causa. sinistra Quæ subeũt*] Malim, *sunt cassa, sinistra Quæ subeunt*, &c. manifesta sententia.

17 *At quæ diuersa quaternis*] Rom. *diuisa*: & ita Bonincontrius, vt ver. 28.

20 *Dextra ferunt Libram*] Rom. *Dextra fert Libram Cancer, Capricornus & illam Conspicit, hunc Aries*, &c. Lãnoius sic legebat: *Dextra ferunt: Librã Capricornus spectat, & illum Conspicit hinc Aries*, &c. recta interpunctione, & euidente sententia.

23 *Semper enim*] id est, inquit Lannoius, signa priora accensentur dextris, vel censentur dextra.

24 *In totidem parteis diducere cuncta*] MS & Rom. *deducere*: vt sępe.

Qua-

25 *Quadrate fingere ſignis*] Lannoius malebat, *quadrata effugere.*

28 *Diuiſum ut ſignis*] MS & Rom. *Diuiſum ſignis.*

Pag 40.verſ.1. *Qui tamen ex ſignis*]Lannoius legit, *hi ſignis.*

3 *Licet illud nomine*] Sic interpungendum, iudicio meo, *licet illud nomine ſeruent, Amiſere: loco dotes numerique repugnant:* pro eo quod eſt, effectis & ratione ſignorum iſtud euertitur. Non enim ſemper, ait Lannoius, quina ſigna accepta fallũt: ſed quum numeri repugnant, neque debitę partes aut loca ſignaque ſeruantur: prout manifeſtis verbis poſtea concluditur verſu 15.

11 *Si tamen*] Ex veterum librorum fide. Lannoii iudicio, & rei ipſius argumento reponẽdus eſt ille verſus hoc loco, qui translatus fuerat:

Quod quamuis duo ſint hęc a dirimentibus aſtra,
Si tamen extremam laui, primamue prioris, &c.

23 *Et pars conſertur ſubiuncti pr.*]hos verſus ex MS & Rom. ſic lego.

Et pars conſertur ſubiunctis prima: duorum
Signorum in medio numerum tranſitque refertque:
Triginta duplicat parteis, pars tertia deerit.

Subiunctis prima , quæ prima in quocunque ſubiuncto ſigno futura eſt. Cetera optime cohærent.

29 *Numeraſſe trigona*] MS *trigonas.* Rom. *trigonis.* Lannoius *trigoni*, recte ſequentibus aptans illis, *Quadratine fidem.*

32 *Aut trinis*] Rom. *ternis.*

Pag.41.ver.1. *Hic poſcit quintam*] in MS & Rom. ſic legitur:

Hic poscit quartam partem centesima: summa
Illic amittit decimam: sic conuenit ordo.

3 *Et quiscũque quater iunctis*) MS & Rom. (*iunctis.*

4 *Quaeque loca triplici*) MS & Rom. *in triplici.*

9 *Nec cum sint sorte*) Rom. *nec tum cum sorte quadrata.*

13 *Nunc treis efficiens*) MS & Rom. *efficiet.*

14 *Quos in plura iubet ratio*) MS & Rom. *iuuet.*

22 *Tertia*) Hic versus in MS & Rom. deest. Sequentes sic lege, *Deuia quae alternis data sunt commercia signis, Mutua nec m.* &c. sensu integerrimo.

26 *Nam cum per calles*) MS *Nam cum per tales formantur singula limas*, vitiose. Restitue ex Rom. *binas*, puta lineas.

29 *Tum Virgine tacta*) Rom. *cum Virgine.*

31 *Piscis*) Rom. *Pisces*, i, pro e, antiquo more.

32 *Finit qua coeperat orbem.*) legendum sine periodi nota, --*finit, qua coeperat, orbem Alternis ductus locus, & pertransita signa.* Et ita MS optimus sententiae index.

Pag. 42. ver. 7. *At quae*) Hic reponendus versus ille, de quo ante in praecedentem paginam, & legendum hoc modo:

Tertia conuexo conduntur signa recessu,
Et quae succedit conuexo est linea caelo,
Singula circuitu quae tantum transeat astra, &c.

Sic optime restituitur locus, τοῦ ἀσθενοῦς τῶν ἑξαγώνων ἀστρολογικῶς.

10 *Et tenues vires*) MS & Rom. *tenuis*: quod vtrouis modo accipias, nihil refert, tenuis, an tenues.

11 *Sed tamen est illis*) Hos versus ex veteribus

bus libris ita lego:

Sed tamen est illis Phœbus sub lege propinquus,
Quod non diuersum genus est: quod euntibus astris
Mascula, sed maribus, respondent, cætera sexus
Fœminei se coniungunt commercia Mundi.

Illos tamen, inquit, aspectus infirmos Sol ea lege confirmat, si commercia sunt συγγενῶν, puta marium cum maribus, &c.

15 *Sic, inquam alternis*) MS & Rom. hoc modo: *Sic quicquam: alternis paret Natura figuris,* &c. *Quicquam,* ἕκαστον, quidque vel quodque, prisce. In MS autem glossema est vocis *cognata* sequente versu, quum ita legitur: *Et cognata iacent generis sub legibus astra. Cognata* enim, συγγενῆ, congenera Plinio dicta: nisi dixeris sub legibus generis.

18 *Gratia. nam consensus*] Rom. *Gratia non consensus habent quia visus ademptus In se ducta ferunt,* &c. Sic ergo Manilius,

Iam vero nulla est hærentibus addita signis
Gratia, non consensus. hebent, quia visus ademptus
In se. ducta ferunt animos, quæ cernere possunt.

Ducta, nimirum alio a se ad signa ἀντίστοιχα, hæc ferunt animos, afficiunt rapiuntque, vt quæ ex suo ductu animi possunt cernere.

20 *Sunt & diuersi generis*] MS & Rom. *Sunt etiam aduersi.*

23 *Numerantur comm.*] Rom. *numeratur commoda vires Virgula, per totum,* &c. rectissime.

25 *Quaternis.*] lege, *quaternis*: & sequentem versum adiice eodem contextu.

30 *Septima quæque loco*] MS & Rom. *quoque loco.*

31 *Ex longo tamen illa manent, vireſque*] Lannoius, *mouent*.

Pag. 43. verſu 5. *par nocti in vtroque dies eſt:*] MS & Rom. *par nox in vtroque, diesque*. ποιητικώτερον.

9 *Rurſus*] MS & Rom. *curſus*: minime male.

22 *Diſcordat & annus*] MS & Rom. *diſcordat & annum*, actiue.

27 *Æqualis nocte*] Lannoius reponit, *æquatis nocte diebus*.

30 *Articulis vno ſeruant in tempore vtrinque*) MS & Rom. *Articulis: vno ſeruantia tempore vtrumque*. Reſpicit autem ad tempora, quæ nominauerat tertio ante verſu.

Pag. 44. ver. 5. *Condidit & varios ſacro ſub numine mores*] MS *& varias ſacro ſub numine vires*: & quidē recte. Sed quid ſit *varias vario ſub numine vires*.

9 *Regis ipſe*) MS & Rom. *regit ipſe*:

13 *Aſt anguſta ſinet*] MS & Rom. *Atque anguſta f.*

14 *Vt Iouis*] MS & Rom. *Et Iouis*.

16 *Hinc quoque*] Hos verſus ita legerim proxime ſcripturam veterem:

Hinc quoque magna tibi venient momenta: futuri,
Quum ratio tua per ſtellas & ſidera curret,
Argumenta petes omni de parte, viaſque
Artis, vt ingenio diuina potentia ſurgat, &c.

Apoſtrophe eſt κολακευτικὴ ad Auguſtum Cæſarem: vt bene adnotat Bonincōtrius. Poſui autem pro *futura, futuri*: pro *tua fert, tua per*: pro *curet, curret*: pro *diuiſa, diuina*, vt in Romano legitur. Etſi ne hoc quidem mihi diſplicet, ſi *petens*, pro *petes*, legeris.

22 *Singula quæ pr.*) MS & Rom. *Singulaque in pro-*

priis parentia signa figuris. Parentia, comparentia.

26 *At in Gem.*] MS & Rom. *& in Geminis*. sic etiam versu 30.

31 *Centauro fimora accedunt*] MS *femina*.

32 *Imperat in genibus*) MS *genubus*.

Pag. 45. ver. 5. *Aut odium fœdusque gerunt*] MS & Rom. *fœdusue*.

11 *Sed Deus*] Rom. *Sic Deus*, melius certe.

22 *Audit se Libramque*] MS & Rom. *sed Libr.* alii v. l. *audit se, Libr.* Tu itaque sic legito:

Audit se Libramque videt, frustratus amando
Taurum: Lanigero qui fraudem nectit, & vltra
Fulgentes videt. &c. *Audit* nempe principi Arieti: sed aliorsum ab eo respicit, vt tradunt sequentia.

25 *Virgine amans capitur*] MS & Rom. *mens capitur*, Amans autem nimirum Taurus, vt docetur postea: quamobrem in quibusdam libris sequitur. *qui quondam gesserat*. Etsi non minus rectum est, *Virgine mens capitur. sic quondam gesserat ante Europam, &c.* mens autem, nimirum Tauri.

27 *Indutusque Iouem*] MS *Indutusque Ioui*. Rom. *Inductusque Ioui*.

In præcedentibus vero, quid si legas? *sic quondam vexerat arte Eur.* malim quidem certe.

29 *Oculusque*] MS & Rom. *oculique Leonem*. recte.

30 *Cancer*] legere malim, *Cancer, vt aduerso Capricornus conditus astro Vertitur in semet, oculus immotaque tendit Auribus* : &c. id est, videt auditque Capricornum diligentissime, totusque defixus est in obseruanda illius conuersatione.

32 *At cancri*) MS & Ro. *& Cancri* minime male.

Pag. 46. verſu 1. *At Leo cum Geminis*] ex MS & Rom. vitioſa lectione, *& aurem Centaurus geminos,* ſic leges commode:

At Leo cum Geminis aciem coniungit, & aures
Centauro geminas, Capricorni diligit aſtrum.

6 *Complexa eſt Scorpion intra*] MS *infra*. & recte.

9 *Signum fundentis Aquar.*) MS. *ſenum fundentis*. alii *ſinum*, eodem ſenſu. Senus potius quam ſinus priore longa, non eſt a ſinu priore breui (vt nonnulli putant) ſed ab amphorarum ſenûm capacitate dictus, vas ampliſſimum, apud Plautum Rudente, Varronem li. 1. de re ruſt. cap. 55. & Virgil. Ecloga. 8. Sic etiam ex veterum librorum fide Tullius lib. 7. epiſt. ad famil. epiſt. 1. ad M. Marium: Neque tamen dubito quin tu ex illo cubiculo, ex quo tibi Stabianum perforaſti & patefeciſti ſenum, per eos dies matutina tempora lectiunculis cōſumpſeris. Nam Stabiana aqua fuit in Campania celebris, e dimidia leuitatis ſuæ nomine appellata, vt narrat Plinius lib. 31. nat. hiſt. cap. 2. E Stabiano autem perforato aquā in ſuum prædium Marius duxerat, ſenumque patefieri, ideſt, labrum capiendæ aquæ in ſpeciem ſeni curauerat. Hæc ἐν παρόδῳ.

11 *Capricornus in ipſam*) legi malim, *in ipſum* ex MS. & Gemblacenſibus membranis.

13 *Felix quæ fulſerit*) MS & Rom. *cum fulſerit*. hæc autem παρενθέτως, & recte.

14 *Auribus at ſummi*) MS & Rom. *& ſummi*. Sic etiam ſequente ℣. optime.

22 *Ducantur amore*) MS & Rom. *ducuntur amore*: eodemque modo ſequente verſu, *tenduntur*,

captantur am.

Pag.47.versu 3.*Luget in astris*) MS & Rom.*fulget in astris*.

4 *Aurea Lanigeri*) MS & Rom. *Aurea Lanigera concessit sidera pellis*. Sensus est. Aries cedit Aquario: nam absque pelle aurea fuisset, ne ad sidera quidem conscendisset.

5 *Ipse suæ partis Centaurus*) Ex MS & Rom. hos duos versus sic lego:

Ipse suæ partis Centaurus tergore cedit
(Usque adeo est hominis) victus. quo mirer ab illis, &c. Victus autem dicitur, vt postea versu 10.

19 *Capricorni segmina*) MS & Rom. *semina*. vide in paginam 23.

22 *Rabidique Leonis*) Rom. *rapidique Leonis*.

23 *Sed totidem bello subscribit in astra*) MS & Rom. *sed totidem bellum subscribitur astris Erigone*: id autem est, in Erigonen.

25 *At te, Capricorne*) MS & Rom. *& te*.

26 *Libram Capricornus; & illi*) lego, *& ille Aduersus Cancer Chelis*.

28 *Quaque in Lanigeri numerantur signa trigono.*) MS & Rom. grauius,

Quique in Lanigeri numerantur signa Trigonum.

32 *Quique Sagittiferi*) MS *Sagittari*.

Pag.48.ver.2. *Natura lege iubente*) MS & Rom. *legem & natura iubentem Hæc eadem*, &c. tantum eo MS iuuat, quod punctum collocat post verbum *volunt*. Quamobrem nobis ita videtur legendum:

Depressisse volunt. legem natura iubentem

Hæc eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.
id est quæcunque eadē lege & conditione futura sunt gerēdis inimicitiis. Sed quid si *natura* pro nascituris (vt ita dicamus) accipias? sic legens, *lege & natura iubente Hæc eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.*
Deligat lector, & iudicet: nam ὕπουλος est locus.

4 *At quos*) MS & Rom. *Et quos.*

17 *Si fœdus non datur astris*) Ex MS & Rom. legerim hoc modo:

Ne sit mirandum, si Phœbus non datur astris,
Quæ sunt aduersis signis cognata, trigoni.

id est, si Sol non habet οἰκειώσιν cū astris illis trigoni, quæ cognata sunt in aduersis signis. Sic ferme ex aduerso videtur respondere iis quæ antedixerat pag 42. *Sed tamen est illis Phœbus sub lege propinquus, Quod non diuersum genus est:* id enim est cognatum.

20 *Corpora, totque modis*) Post hunc versum cōmoda quidem, & ingeniose facta est trāspositio: sed neque inconcinnus est ordo quem in MS & Rom. vulgatisque omnibus comperimus. Est enim artificium plane Manilianū, rem institutam ex cōtrariis illustrare, eaque in medium sermonem iniicere: quod in hoc libro passim animaduerteris.

23 *Ut Fortuna f.*) Rom. *Cum Fortuna fidem q.* lōge melius.

25 *Quaque onus inuidiæ non exitiabile terris?*) MS & Rom. *Quamque onus inuidiæ non excusabile terris?* quod mutari quid attinet?

Pag. 49. ver. 5. *Pacisque tributum*) lego *pacique.*

10 *Vnus erit Pylades*) Hos versus ex MS & Rom. sic lego:

Unus erat Pylades, vnus qui mallet, Orestes,
Ipse mori levis: vna fuit per secula mortis
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
Et duo quæ potuere sequi, vix noxia, pœnis:
Optauitque, &c.

Leuis, leuiter, prompte, Hellenismus. *vna fuit*, nẽpe amicitia. *Et duo*, pectora amicitiæ vix noxia adfiniaque peccati, quæ Pyladem Orestemque pœnis potuere sequi.

17 *Quæ iungant animos*) Rom. *iungunt animos, & amica sorte feruntur.*

22 *Sine fraudibus vllis*) MS & Rom. *nec fraudibus.*

25 *Non vnquam*) MS & Rom. *nonnunquã:* recte.

27 *At cum Lanigeri*) optime locum hunc restituit MS & Rom. fides:

At cum Lanigeri partus sub vtroque trigono:
Non partit, sed rara gerit pro tempore bella.

Partit autem, nimirum ex æquo: antique dictũ.

31 *Quoi commissus homo est*) MS *Quo commixtus homo est*. Rom. *Cui communis homo est.*

Pag 50. ver. 12. *Scorpius aspergit noxas sub nomine amico*) MS sic: *Scorpius aspergit noxis sub nomine amici.*

15 *Interdum, & fœdera rumpunt*) Rom. *interdum, fœdera rumpunt, & repetunt.* Nostri autẽ libri versum illum habẽt a Scaligero alio relegatum, qui loci de trigonis est συμπερασικός.

Sic erit ex signis odium tibi paxque notanda. Et seruari potest, versuique proxime sequenti concinne adhærescere. Post illũ autẽ versum auctor ipse

ex lege, vt possidetis, aliquot versus asserit, quos doctissimus Scaliger librorum vitio falsus iusserat exsulare. Quamobrem nos totum auctoris contextum hic exhibebimus.

Sic erit ex signis odium tibi paxque notanda:
In ternis geniti tali sub lege creantur.
Nec satis est tantum solis insistere signis.
Contemplare locum Cæli sedemque vagantum:
Parte genus variant, & vires linea mutat.
Nam sua quadratis veniunt, sua iura trigonis,
Et quæ per senos decurrit virgula tractus,
Quæque secat medium transuerso limite Cælum.
Hinc modo dat Mundus vires, modo detrahit idem:
Quæque illic sumunt vires, huc acta reponunt.
(Distat enim surgantne eadem, subeantue, cadantue)
Efficiunt vires, vtcunque aliena capessunt
Regna, & in externis subsidunt hospita castris.
Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur.
Crebrius aduersis odium est. &c.

Nam hos versus huius loci esse ostendit illa ἐπιθεράπεια auctoris,

Hæc mihi sub certa stellarum, &c. Iustã vero & necessariam fuisse hanc πρόληψιν (vt quidem Manilius sensit) rerum consequutio commonstrat manifestissime. vide quæ in finem huius libri annotauimus.

25 *Genitique ad fr.)* Rom. & MS *genitosque*: recte, nam horum nõ est principium, sed terminus desinentis anni.

30 *Vno corpore textos)* MS & Rom. *texti*.

31.

31 *Nec pingitur ulli)* Malim *pãgitur*, pro eo quod est appingitur.

Pag. 51. versu 4. *Sub fœdere tali)* Rom *cæli.*

5 *Gradibusque propinquis]* MS & Rom. *grauibusq. propinquis*, id est, signis stabilibus & fixis, vt exponit Boninçontrius.

14 *Quam quod nonnunquam)* MS & Rom. *Quã qua nonnunquam fœdus sub sanguine fallunt.* Recte id quidem. Illius autem versus, quem huc relegauit Scaliger, sedem in præcedente pag. ostendimus. & ita iubent exemplaria nostra. Post hunc vero subduntur illi duodecim, quos in paginam 54. idem transportauit: quo facto & mutationes accesserunt in versibus aliquot non necessarię, & mutilatum huius loci argumentum. Nam cũ hic agatur de configurationibus illis quæ inter se amicantur, easque ordine Manilius persequatur, omnino hunc quoque locum adhiberi suo ordine oportuit. Dixerat de quadratis primum, tum de trigonis suo ordine. Restabant alternorum signorũ amicitiæ, quas tamen auctor (quia sunt in sextili adspectu) magnę potentię esse negat. Quamobrem auctore Manilio & libris veteribus, hos versus puto in hac sede reponendos:

Proxima vicinis subscribunt tertia quæque
Hospitibus sic astrorum seruabitur ordo,
Quotquot cardinibus proprio variante, mouentur.
Quæ, quamquam in partes diuisi quattuor orbis
Sidera quadrata efficiunt, non lege quadrata
Censentur: minus est numeri quam cardinis vsus.
Adde suas partes signis, sua partibus astra.

Nam nihil in totum seruit: sibi mixta feruntur,
Ipsis dant fines astris, capiuntque vicissim,
Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent.
Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem
Partitam in sectas, signa vt perdiscere possis.

Has autem *sectas* vel segmēta partium, διὰ τ̃ δωδεκατημορίων in sequentibus Manilius proximè explicat, quum ait, *Perspice nunc tenui visu*, &c.

16 *Perspice*) Rom. *Prospice*, quod est porro adspice. Hos autē vsi ex MS & Bonincontr. ita legerim,

Prospice nunc tenui visu rem pondere magnam,
Et tantum Graio signari nomine passim
Dodecatemoria, in titulo signantia caussas.

Est autem titulus nominis appellatio, qua ex appellatione caussæ cum rei, tum nominis ipsius ostenduntur: quasi tetulus ab anteferendo dictus, quia rebus præmitti solet.

25 *Numero*) MS & Rom. *numeris.*

27 *Et similis Mundus sibi*) MS & Rom. *similis sibi Mundus, & omnia.*

Pag. 52. vers. 4. *Cuiasue*) MS & Rom. *cuiusue.*

7 *Sidera: vicinis subest.*) In MS hi duo versus desiderantur. Nempe librarius eadē versuum terminatione deceptus est.

14 *Verum Natura*) MS & Rom. *rerum natura.*

15 *Diduxitq.*) MS & Ro. *Deduxitq.* hoc Manilia-

16 *Hæc quoque*) MS *Nec quoque* placet. (num.

17 *Quacunque in parti*) MS & Rom. *Quocunque in partu nascentum*, &c. manifesto sensu. *In partu nascentum*, ait Manilius, i. ἐν τοῖς γενεθλίοις, quocunque tempore Luna constiterit, &c.

23 *Et quæ dehinc fuerint, partes*) MS & Rom. *Quæ*

&

& hinc defuerint, partes &c. Simplice mutatione ordinis constabit sensus, *Et quæ hinc defuerint, partes numerare memento:* pro eo quod est integru supputa dodecatemorion, etiam comprehẽsis partibus quæ Lunæ συνόδου antecurrerint. Hæc interpretatio sequentibus confirmatur.

22 *Proxima tricenas partes sententia ducit*) MS *Proxima tricenas pariter sententia ducunt Hic vbi deficiet numerus* Rom. *tricenas partes sententia ducunt Hic vbi defuerit numerus.* Poetica est synchysis, eaq; elegantissima: quam hac constructione effugeris. *Proxima sententia. ducunt Genethliaci tricenas partes Hic vbi defuerit numerus*, i. ab eo ipso μοιρίῳ præcise vbi Luna constiterit, & non poterit haberi τριακοντάδος vel dodecatemorion. Sed quam suauiter λεπτολογεῖ?

24 *Adiecta parte locetur Dimidia, reliquis trib.*) MS & Rom. *adiecta parte locetur, Dimidium reliquis tribuatur vt ordine signis.* Hos versus omneis ego quidẽ sic legi malim proxime scripturam veterẽ

Proxima, tricenas partes, sententia, ducunt.
Hic vbi defuerit vel *deficiet numerus: tunc summa*
In binas sortes adiecta parte locetur (*relicta*
Dimidia, reliquis tribuatur vt ordine signis,
In qua destituet te visum Luna videbit
Dodecatemorij signis, post cetera ducet
Ordine quæque suo: sic constant astra locata.

Numerus autem, id est, τριακοντὰς vel dodecatemorion. *Summa relicta*, id est quod accrescit præter certum dodecatemorion, diuidatur, ait Manilius, per sestertias partes, vbi amplius non potes. Luna ad iusta dodecatemoria reuocatura

est rem totam:adeo est constans astrorum situs, cursus & conspiratio.

29 Perspice) Rom.*prospice*,vt præcedente pag.

31 Dodecatemoriis) MS & Rom. *Dodecatemorij*. interdum tamen legitur *Dudecatemorion*.

Pag.53.vers.1.*præfulgent*) Rom.*perfulgent*.

2 Ducunt & singula sortes Dimidias, viresque) MS & Rom. *ducunt & singula sortes, Dimidias viresque in eis*.

5 Dodecatemorio fines) ex corrupta veterum librorum scriptura sic lego totum hunc locum;

In quocunque igitur stella sint quæque locatæ
Dodecatemorio, in finem spectare decebit.
Cuius enim stellæ fines in sidera quæque
Inciderint, dabis effectus in mentibus eius.

Stellæ vagæ seu errantes, de quib. sermo. Eius stellæ *effectus*, inquit, *dabis in mentibus*, pro eo quod est mentibus indes, obseruabis ipse, & obseruari præcipies.

9 Verum hæc posterius propr.) MS & Rom. *Verum hoc posterius. proprio cuncta ordine reddam*. non ita male.

15 Tum ponitur vsus) MS & Rom.*componitur vsus*.

16 Tum coniuncta) MS & Rom. *Tunc coniuncta*: & ita v.18.

17 Per membra legendi) MS & Rom.*per verba legendi*: recte, si modo *legenti* reposueris d pro t, cōmuni lapsu.

25 Abstrusa] MS & Rom.*obstrusa*. ἀφωνότερον.

27 Quaque Deus regnat) Rom. *Quoque Deus regnat reuocanti numen in artes*, manifesto sensu.

31 Ac veluti nudis cū surgunt mœnib. vrbes) Rom.

Ac velut

Ac velut in nudis cum surgunt mœnibus urbes) MS *orbes*, o pro u, vt sæpe.

Pag. 54. vers. 5. *marmora templis*] MS & Rom. *templi*.

8 *Huc artes, huc omnis*] MS & Rom. *hinc artes, hinc omnis c.*

14 *Argumenta*] Qui versus hunc sequuntur proxime in editione Scaligeri, eos reponi in pag. 50. & 51. oportere ante ostendimus, quod veteres libri nostri iubent. Quapropter ab hoc versu ad versum 4. sequentis paginæ transeundum. Sic optime cohærent omnia, iudicio meo.

16 *Vagantum*] MS *vagarum*.

19 *Nam seu quadr.*] MS & Rom. *Nam sua quadratis veniunt, sua iura trigonis*: vt ante restituebamus.

22 *Hinc modo dat*] MS & Rom. *Hinc modo dat vires Mundus, modo detrahit idem*. In Rom. tamen diuersus ordo est, *dat Mundus vires*.

24 *Quotquot card.* Hi duodecim versus a nobis paginæ 51. adscribuntur, ex veterum librorum fide, vt ante demonstrauimus. Pro *quadrante*, autẽ legitur *variante*.

26 *Hospitijs*] MS & Rom. *Hospitibus*.

28 *Sidera quadrantem eff.*) MS & Ro. *Sidera quadrata efficiunt, non lege quadrata censentur: minus est numeri, quam card. u.*

30 *Seruit sibi, mista feruntur*] MS *seruit sibi mixta feruntur*.

31 *Dant vires castris*) MS & Rom. *dant fines astris*. Fines autem, πέλη, ἀποτελέσματα.

Pag. 55. ver. 8. *(creuit)* MS *cernit*.

14 *Fundato immobilis orbe*] MS & Rom. *fundato nobilis orbe.*

28 *Quem capit excelsa*] Rom. *quem tenet:* vt pag. seq. ꝟ. 21.

29 *Fastigia summa*) Ro. *summi:* nempe Mundi, quem vocat Deum.

30 *Et decus omne Afferat*) MS & Rom. *& Deus omnis Afferat.*

Omnis pro omnes, prisce. Quid autē si legamus, *efferat?* certe respondet sequentibus.

Pag. 56 versu 4. *Proximus ast ima,* lege ex Rom.

Proximus est, ima quamquam statione locatus
Sustinet æternis nixum radicibus orbem,
Effectu minor in species, sed maior in vsu.

Proximus, inquit, non statione aut effectu, sed vsu cardo: τὸ ὑπόγειον.

10 *Tertius æque illi pollens*) Ex MS & Rom. malim *Tertius æquali tollens in parte.*

11 *Qua primum sidera surgunt; vnde dies redit*] MS & R. *-qua primum sidera surgunt,*

Vna dies didit, tempus describit in horas.

Vna antē, præcipua, singularia. Virgil. Æneidos 5.

Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque insignem reddidit arte.

19 *Vtcunque admistis*) MS & Rom. *vtrimque admixtis*: nam misceri & contemperari astrorum vires ante docuerat.

21 *Respicit*) MS & Rom. *despicit.*

32 *Teneramque gerit*) MS & Rom. *regit:* vt tertio post versu.

Pag. 57. vers. 4. *sub ima*) MS & Rom. *imo.*

5 *Tarda supinatum*) MS *Tardaque spiratum lassatis vi-*

viribus arcum Ascendens. *Spiratum*, in spiram actum.

15 *Pœnamque ferent iam sidera*) MS & Rom. *ferentia sidera.*

20 *Neu præstet cardine mundi, Vt quæ prat.*) MS & Ro. *- neu præstet cardine Mundi*

Vtraq; præterita fertur deiecta ruina

Orta laboris erit. Manuscriptus vero *Orta labans erit: & scandendū est, atque cadendum.* Orta autem, ait Bonincontrius, id est, xii domus, in quam ingreditur Sol quum exit de sub terra, id est, oriens.

23 *Super occasum*) MS & Rom. *occasu.*

24 *Superne*] MS & Rom. *superna.*

27 *Tellus sana profudit*) MS *scana* & ita passim.

31 (*essit & in tumulum belli vitaque Typhœo*) MS & Rom. *Typhœus.* Hic, ait Manilius, fulmine mortibusque cadentibus repulsus cessit in Ætnam, qui tumulus est belli, viteque illius: nam vtrumque, & bellum & Typhœus vel vita eius, in Ætna monte contumulatum est.

32 *Flagrantem*) MS & Rom. *flagrantes*, idest, flagrantis, e pro i, prisce. Est autem mater Typhœi flagrantis, Terra, vt poetæ μυθολογοῦσι.

Pag. 58. versu 1. *At quæ fulgentis sequitur*) MS & Rom. *Atque refulgentis sequitur fastigia Calo.* alii *fastidia.* Bonincontrius legit *vestigia.* Ego itaque eum priscis libris hunc versum aptans superioribus sic legerim,

Ipsa tremit mater flagrantis monte sub Ætna:

Atque refulgentis sequitur vestigia Calo.

Terra, inquit Manilius, sequitur vestigia

Typhœi refulgentis Cælo, i. in cælum vſquè, & ſi u .n Typhœum in ſinu ſuo flagrantem faceſq; igneas iaculantem in cælos imitatur, ipſaque cū eo exſpuit vehementiſſime. Δεινὸς λόγος Sequitur poſtea diſtinctè ſermo περὶ τῆς ἐπαναφορᾶς, de nona domo, vt vocant: quapropter interpungi neceſſe eſt.

4 *Fini*) MS & Rom. *finis.*

5 *Imperiisque manent curſus*) MS & Rom. *In peiuſque manent curſus*: eleganter dictum: quocunque excurreris, ait Manilius, ex hac domo, in peius excurſurus eſſes nihil hac ſtatione melius.

8 *Quoi titulus felix*) MS & Rom. melius:

Quod titulus Felix (cenſum ſi proxima Graia
Noſtra ſubit lingua) veterique a nomine nomen.

Huic enim ſtationi vetus fuit nomē ἀγαθὴ τύχη, bona fortuna.

10 *Iuppiter hic habitat*) Rom. *hanc habitat.*

17 *Dæmonion memorant Graij*) MS *Dæmonien*. δαιμονίην. rectè.

23 *Viribus ambiguis gemini,*) Ex MS & Rom. ſcriptura corrupta lego,

Viribus ambigui geminis, cauſſaque diei
Nunc huc nunc illuc ſortem mutantis vtramque.

Reſpicit enim ad illud quod ante dixerat, *ſub corde ſagaci (onde locū numenque dei, titulumque potentis:* nam tres verſus ὑποβαλικῶς interiecti ſunt.

25 *Sed medij poſt caſtra die*) MS & Rom. optime omnium, hoc modo:

Sed medium poſt aſtra diem curuataque primum
Culmina nutantis ſummo de vertice Mundi

Æthe-

Æthere Phœb. amat. Quorum verborũ hęc cõstructio est, Pœbus amat astra post medium diẽ, curuataque culmina Mũdi nutantis primum de summo vertice in æthere. Circumscriptio est stationis illius, quam nonam domum vocant Astrologi.

28 *Decernunt vitam, & Fort.)* MS & Rom. melius *decernunt vitia, & f.* Hoc enim Manilius voluit, corpora nostra (id autem est nos, συνεκδοχικῶς) decernere de moribus nostris ex illius stationis viribus, & factorum euenta indidem accipere.

Pag. 59 ver. 9. *Libratum examine mundum)* MS & Rom. *ex ordine.*

13 *Vis, vt connubia)* MS & Rom. *Vis, & connubia, ac thalamos, tedasque gubernat.* minime male, & probat Scaliger.

15 *Quod percipe mente)* MS & Rom.

-- *quo percipe mentem,*

Vt breuia in longo compendia carmine præstet.

Sensus est. in hoc loco percipe mentem Veneris, nempe vt mens Venerea vel condita venere pręstet breuia compendia in longo carmine, faciatque vt venusta hominis gratia paulo momento ac nullo ferme negotio assequatur quod multis verbis carminibusque vix alter assequi potest. Illud autem, *percipe mentem, vt præstet*, Traiectio est elegans: cui persimilis illa Terentij, *noui te qui sies.*

19 *Iacet)* MS & Rom *iacens*, Saturnus.

22 *Et pater in proprios exercet n.)* Rom. *in patrios.* Bonincontrius, *in primos.* Eodem sensu omnia

Omnino tamen primos casus malim, qui primũ vel recẽs natis accidunt, & quorum est Fortuna primigenia. Itaque hos versus sic lego ex veterum librorum fide:

Et pater in primos exercet numina casus,
Fortunamque senum: prima est fortuna duorum,
Nascentum atque patrum, quæ tali condita pars est,
Asperum erat tempus, titulum cui Græcia fecit
Dæmonium, signatque suas pro nomine vires.

Primi casus, dicuntur fœtuum inde a conceptu. *Asperum tempus*, ὁ κρόνος. alludit ad Græcũ Saturni nomen, & interpretatur.

29 Gelidis ut Phœbus) MS & Rom. *& Phœbus.*

31 Te tua templa ferunt) Rom. optime: *Et tua templa ferit.*

32 O facies signata nota) Hos versus ex veteribus, sic lego:

O facies signata nota (quod nomen & ipsi
Auctores tibi dant) artis quæ ducit Olympum, In qua &c.

Respicit ad Græcorum ἕρμας & cippos itinerarios: nam vt illi iter in terris, sic Mercurius cæli permeandi iter indicauisse dicitur. Quam rem Manilius principio libri I. amplius explicauit.

Pag. 60. ver. 4. *Vnus in occasu*] ex MS & Rom. fide sic legimus:

Vnus in occasu locus est. super ille ruentem
Præcipitat Mundum terris, & sidera mersat,
Terraque prospectat, &c. Superruentem, διὰ τμήσεως. Atque hoc participium ἀπὸ κοινοῦ ceteris tribuendum est, sideribus & Phœbo; sic plana sunt omnia.

10 *Noctis captam sub carcere*) MS & Rom. *captum*, nempe Orbem: nam incrementũ orationis eſt.

19 *Efficiunt vires*] Hi tres verſus ex fide Rom. exẽplaris & Bonincontrii iam ante a nobis producti ſunt pag. 50. Et repeti ab auctore puto cõmode, ac non inuenuſte, vt Homerus factitauit, & alia exſtant exempla Manilii.

25 *Octotopos*] MS & Rom. cum Bonincontrio ſic habent:

Octotropos: per quos ſtellæ diuerſa volantes
Quos reddant motus, proprio venit ordine rerum.

Octatropos lege, ὀκτατρόπους, non autẽ ὀκτωτόπους: non enim a locis hæc pars appellatur (quæ ſunt duodecim, & ex iis ἡ δωδεκάτοπος) ſed a verſuris octo, quas ſtellæ in diuerſa volantes obeunt per orbem diſſectum in partes quatuor, anticã, poſticam. ſummam, & imam ipſius. Harum enim vnuſquiſque καμπτὴρ, id eſt, flexura & angulus rectus verſuras duas angulo vno complectitur, vt duas lineas angulus obtinet.

IN LIBRVM III.

Pag. *61*. ver. 13. *veſtros extendite fines. En conor*] MS & Boninc. *veſtros extendere fines, Et conor dignos in carmina ducere cantus.* omnino recte.

Pag. 62. v. 3. *quod noſſe nimis, quod dicere*) MS *quod noſſe virtus.* corrupte id quidem: ſed tamen coniecturam mouet vt ſuſpicer legendum, *quod noſſe viros, quod dicere quantum eſt?*

17 *Troiamque cadentem*) MS & Rom. *Troiaque cadentis*, i. cadentes, Veliano more, pro eo quod eſt in Troia occumbentes.

Pag.63.versu 3.*Staretque*)Rom.*Staret & alterno*.
6 *Quaquasi per mediam*)Ex MS & Rom.scriptura sic legitur,

Qua quasi per mediam Mundi pracordia partem
Disposita obtineant, Phœbum, Lunamque, vagasq;
Evincunt stellas, nec non vincuntur & ipsa.

12 *His regnum*)Rom. *regimen.*

13 *Summam Undique ne fati*)Rom.*summa Undique ne fati ratio traheretur in vnum.* non incommodo sensu.

17 *Humanam in vita*)MS &Rom.*Humana in vita.*lege me auctore:

*Humanam vita poterant contingere sortem.*pro, in vita. Quod genus ellipseos Manilio frequẽtatũ.

18 *Astra notarat*)MS & Rom.*vocarant*. Bonincontrius,*vocarunt*: atque hoc mihi quidem perplacet.

19 *Responsus,certasque vices,sua momina cuique*)MS. & Rom. ad vulgatam lectionem accedunt plane. *Res posuit, certasque vices , sua nomina cuique Attribuit.* Res autem,quæ in partibus cœli singulis exsistunt, (sic enim appellat quoque pag. 66.*Has autem facies rerum*)tum rerum vices: postremo autem nomina. Sed cum doctissimo Scaligero aut *momina* legerim,aut etiam (quod idem sonat)*numina*,a nuendo,id est, nutando & inclinando dicta,pro inclinationibus signorum & commodis temperamentis inter se. Atque hic naturalis ordo cum incremento paucis a Manilio pertexitur.

22 *Affinis parti*)MS & Rom.*confinis*.

30 *Ne tamen*)MS *Nec tamen*.

Pa.

Pag.64.verſ.3.)Hinc duos verſus Scaliger alio relegauit. Sed tamen MS & Rom.habent. Quos ſi retinere placet,ita legerim,ac non incommode ex librorum noſtrorum fide:

Has autem facies rerum per ſigna locatas,
In quibus omnis erit Natura condita ſumma,
Vt quoniam ſtellæ ſeptem læduntve,iuuantve,
Cardinibusve monet diuina potentia Mundi,
Sic felix aut triſte venit per ſingula fatum,
Talis & illius ſors eſt ſperanda negotii:
Hæc mihi ſolenni ſunt ordine cuncta canenda, &c.

Quorum verborum plana eſt ſententia, ſi tantũ ἀναστροφὴν illam verſus tertii animaduerteris,& ita conſtruxeris:Quoniam autem vt ſtellę ſeptẽ, i.planetæ, læduntue iuuantue has facies rerum, &c. ſic felix aut triſte fatũ venit per ſingula,&c. Ego auctoritati veterum librorum, bona tanti viri pace,acquieſco.

13 *Qui ſit contentus*)MS & Rom.*conſenſus*.

17 *Quodque peregrinas inter*) MS & Rom. hoc modo,

Quaque peregrinas inter verſantibus vrbes
Accipere aſſueuit,&c.Titulo,ait Manilius,militiæ comprehenditur, quicquid ea aſſueuit accipere in armis,&c.Sententia euidens.

24 *Conſonat*)MS & Rom. *conſonet*.

30 *Adnotat*)MS & Rom.*aduocat*. Venuſte dictum de oratore bono:hic ſoluit, inquit Manilius,ſua fronte expenſa iurgia, *quum iudex vero*, ideſt, ad cognitionem probationemq; veri *nihil amplius aduocat* quam patronus ipſe: adeo dicere videtur commode.

Pag.65.ver.1. *Atque vtcunque regunt*) Rom. aliter quidem, sed plane grauiter, & Manilio non indigne, in hunc modum:

Atque vtcunque manent, dominantia sidera ducunt.

Vtcunque manent leges, inquit, sidera tamen dominantia ducunt eas potente illa dicendi copia qua patronus vtitur. Quid autem grauius ad illam oratoris δεινότητα exprimédam afferri potuit?

3 *Atque hospitium vna*) MS *hospitis*, nempe fœdus, ex sequente vs.

5 *Diues numeratur copia*) Rom. *seruûm numeratur copia*. & ita legebat Bonincontrius.

9 *Sauis*) MS *scauis*.

15 *Omniaque infantum mista*) Manuscriptus & Rom. *intrantum mixta*. Intrantum autem, nempe in hanc vitam.

17 *In quo seruorum mores & qualibet*) Rom. *In quo sortitur mores, vt qualibet omnis Formetur d.* & recte, mea sententia.

Pag.66.versu 5. *Conuenient*) MS & Romanus, *conueniant*.

7 *Pandere earum*) Manuscriptus & Rom. *pandere rerum*.

10 *Has autem facies.*) Hi duo versus quam bene paginæ 64. respondeant, eo in loco ostendimus. Sequentes autem alii rectissimo ordine in libris nostris sunt dispositi, & ita reponendi:

Et quoniam toto digestos Orbe labores
Nominaque in numerum viresq. exegimus omneis
(Athla vocant Graij, quæ cuncta negotia rerum

In

In genera & parteis bis sex diuisa coharent)
Nunc quibus ascendant signis, quandoque, canendum.

Hæc iusta & germana huius loci lectio.

18 *Tempore mutant* MS & Rom. *tempora.*

22 *Reuocare ad facta*] MS & Romanus *reuocare ad signa.*

24 *Quæ primo pars est numero subiecta sub Athlis*]. MS omnium optime,

Quæ primo pars est numero sic dicta sub Athlis.

sic enim supra pag 64. *Fortuna sors prima data est.*

28 *Fortuna quærere sedem*] Manuscriptus & Romanus *natura quærere sedem.*

similis mutatio exstat in versu 15.

Pag. 67. ver. 14. *At cum obducta nigris nox orbem texerit alis*, Rom. non inuenuste; *At cum subfictis orbem nox tinxerit alis. Subfictis* autem, id est, infectis, coloratis nigro. Et magis probem.

16 *Verte vias sicut Natura*) MS & Romanus *sicuti N.*

17 *Consule tum Phœben*) Manuscriptus & Rom. *tunc.*

24 *Qua ratione queas a tali tempore nati*) MS & Rom. non male,

Qua ratione queas, natalis tempore, nati
Exprimere immenso surgentem horoscopon orbe:
Quod, nisi sub stellis visus ratione tenetur,
Fundamenta ruunt, artis nec consonat ordo.

Exprimere horoscopon nati ex natalis tempore, ἐξακριβῶσαι, quia & horoscopo & arti fit iniuria, nisi horoscopus sub stellis visus, idest, perceptus ex

ſtellarum lege,teneatur ratione certa.

Pag.68 ver.22.*Sed tam diuerſis idem ſtat m.*) MS & Romanus.

Sed tamen aduerſis idem ſtat menſibus ordo.

Aduerſus.quaſi ad ſe vel in ſe verſus.i.non explicatus,ſed ſolidus,& ſolide conſideratus. Aduerſus annus, totus in ſe:aduerſus menſis totus in ſolidum:aduerſa merx, ſolida,ac non de propola,ſed in craſſo (vt loquuntur) empta venditaq;. cõfule onus aduerſum l.in naue 24.ff.locati. Atque hinc Iure coſſ. aduerſio:in aduerſionẽ emere,opus aduerſione locare,conducere,redimere,& ſimilia. Idem ergo ſtat ordo aduerſis menſibus,qui aduerſis annis: vna enim pars ex æquo alteri minime reſpondet, ſed manifeſta eſt in eis dierum inæqualitas.

28 *Rurſumque recedunt*] Poſt hæc verba oportet adponi τοῦ κώλου notam. vt cum hoc verſu cohærere ſequentes duos videamus.

Pag.69. verſ.2. *Quem numerum debet,ratio ſed non capit,vſus*) MS *Quem numerum debet ratio,ſed non capit vſus.* Rom.*cupit*. Numerum autem accipe horarum æqualium, ἰσοχρόνων, ac non pugnantiũ, vt verſu vltimo præcedentis paginæ appellauit.

31 *Hac via m.*) Sex iſti verſus,quos huc acri iudicio doctiſſimus Scaliger reuocauit, deſunt in libris noſtris,& in pag. 75. huius editionis retinentur:qua de re in eum locum videbimus.

Pag.70.ver.1.*Semel acceptaueris*) Rom.*ſimul.*

6 *Quotque cadant*) MS & Rom.*quoque cadant*, nempe tempore.

13 *Vergentia in vmbras*) Bonincontrius,*vndas.*

18

18 *Cum subeunt orbem, rursusque a sidere Libra*) MS & Rom. *Cum subeunt orbem; rursusque ad sidera Libræ Ordine mutato*, &c. recte: nam primum de incremento egit, tum de contrario decremento quod damnum vocat: iam ad incrementum redit, vt monstret perpetuas vices.

21 *Tempusque morandi*) MS *cadendi.*

24 *Se signa sequentia vertunt*) MS *versant.*

26 *Sic quod quandoque*) MS & Rom. *si quod quand.*

30 *In qua Phœbus erat*) Rom. *In queis Phœbus erit.* omnino melius.

Pag 71. vers. 4. *Nec manifesta patet*) Hunc versum & sequentes doctissimus Scaliger eo putauit esse conturbatos, quod vitium exemplarib. Manilianis per librarios indigne fuit oblatum. Hic autem pergit Manilius in illo dogmate oppugnando de binis horis in signum quodq; tribuendis: ac propterea ostēdit hoc, si forte, in Æquinoctiali solum die contingere posse, nunquā alio tempore, nisi in Ariete & Libra. Hoc autem sic enunciat: --*ratione sub vna*

Nanquam Phryxæi ducuntur vellera signi,
Chelarumque fides, iustaque examina Libræ:
Omnia quin surgant binas sibi signa per horas.
Quod medius recto præcingitur ordine Mundus,
Æqualisque super transuersum vertitur axem.
Illis perpetua iunguntur pace diebus
Obscuræ noctes, æquo stat fœdere tempus:
Nec manifesta patet falsi fallacia Mundi,
Nec similis simili toto nox redditur anno.
Omnibus Autumnus signis, Ver omnibus vnum, &cetera.

Hæc ex MS Rom & Bonincontrio. quæ ego quidem nolim vellere.

12 *Vna coaequali*] Rom. *Vna quod æquali.*

17 *Obliquus*] MS & Rom. *obliquos.*

21 *Simul ex illa*] i. simul atque. huius autem mẽbri ἀπόδοσιν inchoat alterum *simul.* in versu 27. Nam sequentia sunt hyperbatica: vt ostẽdit particula συλλογιστική, ergo, in versu 26. *Recedes* autem malim, vt legit Bonincontrius.

23 *Fastigia*] MS & Rom. *vestigia.*

28 *Quantum inflexerit orbem*] MS & Rom. *orbe.*

32 *Erit obliquo signorum baltheus orbe*] MS & Ro. *obliquus.*

Pa. 72. versu 1. *Qui transuersus erat: statio quando illius vna est*] MS & Rom. *Qui transuersus erat spatio quando illius vna est, Nostræ mutantur sedes.* Spatio autem. nempe orbis, cuius proxime auctor meminerat: sic versu 17.

17 *Paulatimque perit statio*] MS & Rom. *perit spatio fulgentibus astris.*

18 *Puraque*] MS & Rom. *pluraque.* & recte. Nam Manilius dicit interprete Bonincontrio, plura signa quæri, quia non videntur per partes Mundi subrupto tempore æqualitatis inter diem & noctem. *Quæri* autem, i. desiderari, ac non comparere. Manilio frequentatum verbum.

24 *Superare*] MS *superire.*

30 *Accliue*] MS & Rom. *acliui*, puta vertigine aut circuitu.

Pag. 73. ver. 1. *Pro tanto tempore*] MS & Rom. *quod tanto temp.*

7 *Iunget nox vna tenebras. Vertice sub cæli nam quis*

quis

quis spec.] MS & Rom. *iūget nox vna tenebras Vertice sub cæli. nam quisquis spectat ab omni Dimidium e toto* &c. *Ab omni* autem, nimirum parte, ideſt, quacunque.

11 *Medioque*] Rom. *Mediaque.*

21 *Quot surgant*] Rom. *Quæ surgant, in quoq. loco.*

24 *Singula quod nequeunt*] Admiror quidem nūquam ſatis laudatam Scaligeri diligētiam atque induſtriam, nec damno factum. Sed quia in libris noſtris ordo diuerſus eſt, voces que & interpunctiones diſſimiles, hic optima fide ſubiiciemus omnia. Sic igitur illi:

Atque hoc in totum certa sub legē sequendum est,
Singula quod nequeant per tot distantia motus
Temporibus numerisque suis exacta referri.
A me sumat iter positum sibi: quisque sequatur,
Perque suos tendat gressus, mihi debeat artem.
Quacunque hoc parti terrarum quisque requirat,
Deducat proprias noctemque diemque per horas.
Maxima sub Cancro, minimis quæ cingitur vmbris
Et sextam summa, fuerit quæ forte, diurnæ
Vicino tribuat post Cancri templa Leoni.
At quæ nocturnis fuerit mensura tenebris,
In totidem partes simili ratione secanda est:
Vt quantum vna ferat, tantum tribuatur ad ortus
Temporis aduerso, nascenti sidere, Tauro.
Has inter, quasque accipiet Nemeæus, in horas
Quod discrimen erit, per treis id diuide parteis:
Tertia vt accedat Geminis, quæ tempora Tauro
Vinciat, atque eadem Cancro, similisque Leoni.
Sic erit ad summam ratio deducta priorem,
Quomodo diuisis Nemeæus duxerit horis.

Inde pari Virgo procedat temporis actu:
Sed certa sub lege, prioris semper vt astri
Incolumem seruet summam, crescensque nouando.
His vsque ad denas horarum partibus auctis,
Per totidem Libræ decrescent sidera partes:
Et quantis in vtramque modis tolluntur ad ortus,
Diuersam in sortem tantis merguntur ad vmbras.
Hæc erit horarum ratio, ducenda per orbem,
Illa quoque vt stadiis oriantur quæque, cadantque:
Quæ cum ter centum numeris vicenaque constent,
Detrahitur summæ tota pars, quota demit vtrimq;
Omnibus ex horis æstiuæ nomine noctis
Solstitium, summo peragrat cum Phœbus Olympo, &c.

Perque suos tendat gressus, contendat studiose gressu, τμήσις. *Vt quantum vna ferat,* auferat, δι' ἀφαιρέσεως dictum. *Illa quoque,* ducenda nempe est ratio: vt quęque signa oriantur *cadantque stadiis* siue per stadia quæ in rationibus Manilianis sunt ex dimidio gradu constituta, vt versu sequente ostenditur. Etsi hic versus in meis libris non vacat vitio. Sic enim MS

Illa quod standis oriantur quæque cadantque. Romanus:

Illa quoque in standis oriantur. Sed dedi operá vt a scriptura vetere abessem quam proxime. Itaq; aut ita legendum censeo, *Illa quoque vt stadiis or.* aut etiam ita, *Illaque, vt in stadijs oriantur,* &c. siue vocem *illa* ad rationem (vt fecimus ex precedente versu) siue ad signorum appellationem accómodaueris. Postea autem hæc stadia dicuntur esse numero ter centum & ter vicena (nam ter

ἀπὸ κοινοῦ repeto cum Bonincontrio) hoc est 360. sunt enim gradus 180. & gradui bina stadia Maniliana. *Tota pars*, pro tot partibus: vt quotus a quot. *Totus*. τοσοῦτος ἀριθμῷ priori breui: totus, ὅλος, ὁλόκληρος, priore longa. *Memini* cum Scaligero legerim perlubens.

Pag. 75. vers. 7. *Accipiunt*] Post hunc versum epilogum habent libri nostri versibus sex constantem, quos doctissimus Scaliger ad pag. 69. retraxerat. Eos huc Manilio auctore posse reuocari censeo. Atque hoc principium illorum:

Hæc via monstrauit stadiorum ponere summas, &c. quæ huius loci esse proxime præcedentes versus videntur ostendere. Sic mihi sentire liceat bona tanti viri pace.

14 *Noctisque per horam*] alij *per vmbras*, vt in MS ad marginem est adnotatum. Mihi nõ displicet.

15 *Et trepident luces eius*] MS & Rom. *Et crepitent luces eius.* Crepitare, dubia luce micare: sic carbaseos crepitare sinus dicebat Maro Æneid. 11. hinc creperus Lucretio, crepusculus Varroni, dubius: & ex eo crepusculum Latinis dictum. Adde, si placet, crepundia ex Glossario. γνωρίσματα, indicia dubia dubiarum rerum. En, vt Manilius κυριολογεῖ.

18 *Dimidio vincet primum, vincetur & ipsum*] MS & Rom. *--vincat primum, vincatur & ipsum*
Extremo. totum in partes ita digere tempus.
His opibus tria signa etiam: si summa prioris
Accedit numeri, coniuncta sequentibus astris
Cesserit. At ternis fuerit si longior horis, &c.

Manifesta sententia. Nam secundum climata distinguit Manilius, quid iudicij faciundum sit vbi longissima nox diem hora vna superauerit: quid si duabus, tribus, &c. *His opibus*, inquit, id est, altero triente *tria signa etiam*, nimirum vincunt, *si summa prioris accedit numeri*: nam ea similiter coniuncta cesserit sequentibus astris in spatium illorum referenda.

24 *Aquarius hora*) MS & Rom. *Aquarius horam. Ipse suam proprie dicat, summaque priori Adiungat.* Etsi in MS legitur, *Ipse suã proprie ducat*

26 *Pisces tantum sibi temporis* Rom. *tibi.*

27 *De sorte priorum*) MS & Rom. *prioris.*

31 *Dimiduum*) Ro. *dimidium.* bene perspicue.

32 *Ita summa diebus*) MS & Rom. *--ita summa diebus Cedere diuersa labentia tempora lege.* Ita, inquit Manilius, summa tempora, nimirum sol istis, cũ summo peragrauit Phœbus olympo, incipiũt cedere diebus, ijsq; minui, labentia diuersa lege id est, ex æquo accipientia deminutionẽ lucis, vt accessionem habuerãt antequam sol ingrederetur Cancri stationẽ, & fieret solstitiũ: vt increméti, sic deminutionis gradus. Hic enim ex præcedẽtibus oportet repeti incipiendi verbum: vt venuste Manilius facit octauo post vers.

Pag. 76. vers. 3. *cumulentque*) MS *cumuletque.*

15 *Similisque redit, quam creuerat, actu*) MS *similisque redit, quam creuerat, actu.* Rom. *qui creuerat.* Bonincontrius, *actu vel auctu*, vt vidit Scaliger.

17 *Illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum*) MS & Bõnincont. *ad austrum.* lege *haustrum:* nam veteres non raro omiserunt adspirationis notã.

Han-

Haustrum, ait Nonius, rotarum cadus, ἄντλιον, quó vertēti rotæ impacto hauritur aqua e vado seu breui aqua profluente. Lucretius, *--versare rotas atque haustra videmus.* Hæc mens Manilij, perpetua conuersationē rotari omnia: homini cuiq; suum velut haustrum esse quod rotæ hæreat: idem haustrum modo esse nascens, vt idem loquitur, γενέθλιον, *quod vadis emissum redditur orbi*, id est, ex aquis emergens rotæ conuersatione: modo occidens, θανάσιμον, quod vadis immissum deperit orbi: sic enim liceat alludere ad auctoris verba. Hanc igitur viācommodam esse prædicat inuestigandis genethliis. Nostram vero interpretationem a mente esse Manilij sequens versus clamitat.

18 *Si luce requiritur*] Rc.&Bonincōt.*relinquitur.*

20 *Adiectis insuper etiam*) MS & Rom. *iisdem.*

22 *Tu quinas Mundi se tollunt sidera partes*] MS & Rom. *sex tollunt sidera p.* sex enim supra terram (vt ex Manilio ipso docet Bonincontrius) exsistunt signa Zodiaci, de quibus hic agitur.

23 (*omnunger e & illi*] MS *illas*. Rom. *istas.*

29 *Quane in parte suam summam momenque relinquit*] MS & Rom. *suam summam numerique relinquit:* recte. Nam ea pars & suam ipsius habet summam in numerato, & alterum præterea numerum ex antecedente Manilij instituto.

30 *Per igneis Continua partes, vbi summam &c.*] MS & Rom. *contineat*, vitiose. Malim *--per igneis continuans partes vbi sum.*

Pa. 77. v. 1. *quæq; ille sub astri Parte cadat*) MS & Rom. *--quaq; illa sub astris Parte cadat. Illa*, nempe forma,

6 *Ut cum ex hoc sedes steterit sub cardine primo*] MS & Rom. *ex hac sedes steterit*. Ex hac, nimirum lege. Primus horum cardo in orientis angulo statuitur. Hos autem versus præstat ex veterum librorũ fide cõiungamus, & indicemus sensum.

Ut cum ex hac sedes steterit, sub cardine primo
Fallere non possit, summi fastigia cœli
Non ferat oblitus, stent fundamenta sub imo,
Stent veri stellarum ortus, verique sub ortus,
Denaque in proprias vires sortesque recedant.

Sensus est, vt cùm horoscopum Mundi fueris assequutus, certo possis legitimeque natiuam eius conditionem pertexere per singulos cardines illius siue angulos, & per loca singula cardinibus angulisque distincta. Cardines autem sunt quatuor, vt Manilius ante exposuit, Mundo adscripti ex Astronomica ratione: cardinibus δωδεκάτοπος, loca, stationes, seu domus (vt vocant) duodecim distinguuntur, & singulis locis partes denæ pro ratione graduum attributæ. Atque hęc singula Manilius loco περάσματος hic perstringit paucis. Nam ὡροσκόπον seu ἀνατολὴν attingit his verbis, *sub cardine primo f. n. p.* μεσουράνημα istis, *summi fastigia cœli non ferat oblitus*, id est, non auferat obliuione ipsum, aut ex ipso quicquam: δύσιν illis, *stent fundamenta sub imo:* ὑπόγειον vel ἀντιμεσουράνημα illis, *stent veri stell.* &c. vbi eadem opera sub notatis locis τῆς δωδεκατόπου suæ partes denæ in versu vltimo adscribuntur.

15 *Annum quod lustrans consummat t.*] MS & Ro. hoc modo, *An-*

Annum quod lustrans consumit tempora mundi
Proximus, atque illi subeuntia signa sequuntur.

Non inepte, sententia mea. Nam annum attribui Soli Manilius docet ratione communi, & propria: Communi, quod proximus est planeta illustrans annũ virtute sua, & *consumens* (ἀναλίσκων καὶ συντελειῶν, vt accipitur pagina 27. 31.) *tempora Mundi*, quibus absoluitur mundi cõuersatio: Propria vero, quod cetera signa subsunt ei, eumq; sequuntur, vel obsequuntur & parent, tanquam dominium illius anni exercenti.

23 Perque alterna) MS *per quæ alterna.*

28 *Nec permanet vsquam)* Rom. *vsque:* vt tertio post vers.

Pag. 78. ver. 1. *Tempora consciscunt propriis har.*] Ex veterum librorum ruderibus (nam corrupta sunt) hoc rediuiuum opus maluerim: & verum puto, si ita legeris:

Tempora consistunt, propriisque carentia signis,
Perque omnes æui numeros diuisa volantis.

Sensus est: mirum est adhuc stare tempora, cum præpostera sint omnia, & duobus signis doceamur manifestissime ea in ruinam contendere, tum quod a suis signis aberrant tempestates in hoc tempore, tum quod per omnes signorum alienorum partes præcipitantur quotidie Naturæ ordine conturbato.

3 *Caussasque minantur*] MS & Rom. [illegible]

4 *Quorum vicibus conuertimur*] MS & Rom. *quorum vicibus dum vertimur, astra.* *Dum*, adhuc, vel jam: vt nondum, agedum, ehodum, & sexcenta alia.

5 *Sunt quos, vt Cæli pateãt*] MS & Ro. hoc modo,
Sunt quibus, vt Cæli pateant nascentibus horæ,
Sidere quod memorant, horoscopon, inuenturis,
Parteque ex illa describitur hora diebus. MS vero lectio variat in illis verbis, *Sidere quem memorant horoscopus.* vtrumque recte. Constructio autem est hæc: Sunt quibus inuenturis vt horæ cœli pateant nascentibus, id est, cuiusmodi sunt τὰ γενέθλια, describitur hora natalis diebus, siue in dies. ex sidere quod memorant horoscopon & ex illa parte vbi est horoscopus. Sententia euidens. Sequentia huius dicti exegetica legi per infinitum malim, hoc modo:

Omne genus rationis agi per tempora & astra:
Et capite ex vno menses, annosque, diesque
Incipere, atque horas, tradiq; sequentibus astris, &c.

15 *Exactis bis sex iam mensibus annus*] MS & Rom. *solibus*, optime.

17 *Lenius vt signum*) MS *Vnius & signi pariter.* Ro. longe melius. *Vnius vt signi pariter sit mensis, & annus Asp.*

27 *Variantum sorte dierum*] MS *variorum*; sed cum litura.

Pag. 79. vers. 1. *Bessemque, sub illis*) MS & Rom. *bis sexque.* Scaligeri emendationem valde probo.

10 *Tribuentem dona*] MS *dena.*

23 *Mox veniens mistura*] MS & Rom. *Mox veniat mixtura.*

24 *Pracognita*) MS & Rom. *percognita.*

31 *Occasus diues in auctu solis erat numero*] MS & Rom. *occasus diues in actus Solis erat numero. nisi d.* rectissime.

Pag

Pag 80.verſ.1. *Imaque tricenos*] MS & Rom. *Primaque*, minime male, vt ſequentium commonſtrat antitheſis.

7 *Naſcens hoc ordine primum*) MS & Rom. *naſcens a cardine p.*

10 *Queq, infra veniet ſtatio*) MS & Rom. *Quæque infra veniens, ſpatio diuiſa ſub æquo*: non male.

12 *Quemque locum ſuperat*) MS & Rom. *quique locum ſuperat.*

15 *Lentatum eſt*] MS & Ro. *tentatum eſt*: a tendo tento, vt ab oſtendo oſtento & ſimilia.

20 *Bis ſexque peracti*] MS & Rom. -- *bis ſexque peractis*

Immatura trahet natalis corpora morti. Eſt autem *natalis* ſecundi caſus. *bis ſex*, id eſt duodecim annis a natali.

31 *Deſtruit: vt quanto fraud.*] MS & Rom. vt vulgus legit,

Deſtruit: & quanto fraudauit tempore luces,
In tantum noctes auget: ſtat ſumma per omneis.
Tunc Cererem fragili, &c.

Stat autem *ſumma per omnes* dies, eſtque eadem & conſtans, quamuis augeſcente & minuente lucis & noctis per vices tempore.

Pag. 81. vſ. 2. *deſtringunt*) MS & Rom. *diſtringunt.*

6 *Niluſque tumeſcit in arua*) MS & Rom. *auras*, id eſt, oras. ſcriptura priſca, vt adnotatum ſupra in pag. 4. ſequentia vero ex MS & veterum librorum fide coniungimus. *Hic iterum ſitus eſt*. &c. *hic*, puta Nilus, *iterum ſitus eſt*, & receptus conditusq; in ſuo alueo, *Cancri cum ſidere Phœbus Solſtitium facit*, &c. *ſitus* pro condito Latinis frequens.

16 *In effectu similes referentia motus*] MS *simili*. eodem sensu.

29 *Viribus in tantum segnis Natura mouetur*] MS & Rom. *viribus intantum signis Natura mohetur*. Quam signorum vocem si retinere placuerit: aut illud *signis* exponendum est, per signa cælestia: aut legendum *signi*: aut denique ita distinguendum, --*frondemque virescit in omnem Virisus. intantum signis natura monetur*. hoc malim.

30 *Refulgens*) MS & Rom. *refulget*.

32 *Tantum, quo victas*) MS & Rom. quum vulgo non male,

Tantum quod victas vsque ad se vincere noctes
Ex ipsa iubet, ac brumæ tunc tempora vincunt.

Ducit Libra diem & noctem, Manilius inquit, pari cum fœdere, quod noctes, quæ vsque ad se victæ fuerant & minores luce, iubet vincere ex ipsa, id est, inde a tempore Libræ ipsius superiores esse diebus: & quidem tantum vincere ac Brumæ tempora tunc vincunt, id est, totidem gradibus & æquali spatio ab æquinoctio verno ad solstitium, ac fuerunt a bruma ad æquinoctiũ.

Pag. 82, vers. 10. *flectuntur sidera signis*) MS & Ro. *tempora*.

19 *Momina*) MS & Rom. *omnia*: non male.

IN LIBRVM IIII.

Pag. 83. vers. 13. *Æternisque senes curis*) Rom. *sinum curis*.

18 *Quo plura requirit*) MS & Rom. *qui plura requirit*: atq; hoc melius cohæret cum sequente ỽ.

23 *Effunde censu*] Ro. *effũdere censu*. χαριέστερον.

27 Per

27 *Per certos signentur tempora cursus)* MS & Ro. *casus:* vt ante Manilius cecinit pag. *3.* versu 1.

32 *Nemo caret damno) dando* Rom. & Bonin. contrius.

Pag. 84. vers. 2. *fors est sua cuique ferenda)* MS & Rom. *fors est. sua culpa ferenda.* Malim *fors,* vt ante sumus interpretati in librum 1. pag. 4. vers. 26. duas enim coniungit causas, fortem vel fatalem legem a Deo, & culpam hominum.

8 *Auxissent culmina montes)* MS & Rom. *fulmina:* μετωνυμικῶς, pro Deo fulminum, Ioue Tonante, qui Capitolinus dictus. Sed quid si, *duxissent?*

18 *Varronemq. pigrum, magnum quod viuere posset, Postque t.*] lego ἐρωτηματικῶς, *magnum quod viuere posset? Postque tuos, Thrasymene, lacus?* Varro autem magnus eo appellatur, quod animum non abiecerit ex tanta clade: quapropter Romanos ipsi tedeũti egisse gratias auctor est Liuius, quod de Repub. non desperauisset ex tanta clade, postea que dictaturam ei obtulisse.

21 *Spectatum Hannibalem n.*] MS *Spetatum*, vitiose Rom. melius ita,

Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis,

Exsuliumque rogi furtiua morte luisse?

Speratum autem, id est, quem nos Romani sperabamus certo in manus nostras venturum esse: quas vbi effugit exsulio, metuens vt a suis Carthaginensibus dederetur, postea luit exsulium suum furtiua morte rogi, id est, furtim sibi ipse consciscens mortem.

25 *Et Cimbrum in Mario*) Ro. *Et Cimbrũ Mario.*

29 *Nunquam Fortuna tulisset*) MS *vnquam Fortuna tulisset?* δεινότερον plane καὶ γοργότερον.

Pag. 85. versu 1. *alium cognoscere Magnum*] Manusscriptus *componere*: & ita videtur legisse Bonincontrius.

13 *Quid Xerxe maius & ipso*] MS & Rom.
-quid Xerxem? maius & ipso
Naufragium pelago? quid captos agmine Reges?
Romanis positos raptosque ex ignibus ignes?
me iudice, non alieno sensu. Nam regum ruinas tribus modis accidisse narrat, morte, fuga, vinculis. Postea ad ignes venit.

Pag. 86. versu 22. *Denique si non est fati, cur tr.*] Rom. aliter,
Denique si non est, fati cur traditur ordo?

Pag. 87. versu 18. *vel sine luxuria. tantum est opus.* Ex MS lege,
Queis sine non poterant vllæ subsistere gentes,
Vel sine luxuria. tantum est opus. vsqueadeo, inquit Manilius, ad commoditatem huius vitæ lanæ sunt necessariæ.

22 *Et dubia trepido præcordia*] MS & Rom. *intrepido.* & ita Manilius.

25 *Pacatisque labor venit, & patientia lautis*] MS *veniet. nec parentia laudis.* Rom. *nec parientia laudis.* Ex corrupta vtriusque scriptura legendum puto, *labor venit, & pariẽtia laudis*, id est, quæcunque ad laborantibus laudem solent parere.

26 *Tribuet*] vel *tribuit.*

32 *Fascesque per arua*] MS & Rom. *facilesque per arua Tradidit:* id est, fecit vt sese facile ac non gra-

grauate traderent Reipub. a priuato labore diſcedentes. Elegans ſermo.

Pag. 88. verſu 7. *Lugentemque ſonum*] MS & Roman. *Ingentemque ſonum*: lego *Iugentemque ſonum*, puta miluinæ, quæ tibia eſt ſoni acutiſſimi, auctore Feſto: Milui enim (vt eſt apud eumdem) dicuntur iugere vel iugire: & ab ijs miluina dicta, vt altera gingrina: de quibus Solinus cap. 11. Ergo *iugens ſonus* acutam ſymphoniam, *neruus inſita verba* grauem ſignificant. Gloſſarium vetus, *Iugit*, ἰύζω βοᾷ. Varro Seſquiulyxe, *Iugere volitans miluos viſus, a quam e nubibus tortam indicat fore.*

15 *Summis reuocatus curribus ambit*] MS & Rom. *cruribus*: recte: Sol enim ſumma Cancri crura ſolſtitio interſecat.

17 *Effuſus in vſus*] MS & Rom. *infuſus in vſus.*

20 *Et grauia annona ſpeculantem incendia ventis, &c.*] Doctiſſimas ſiue Turnebi, ſiue Scaligeri, rei literariæ luminum, coniecturas argutiſſime inuentas docteque expoſitas equidem tam admiror quam qui maxime. Si cui tamen rudera antiqua placent, non erit forte facienda nihili exemplaris Rom. & Bonincontrij lectio hæc:

Et grauida annoſa ſpeculantem incendia mentis
Credere opes orbis orbi, bona vendere poſſe.

id autem eſt, obſeruantem ea ſtudia πλεονεξίας quibus incenditur ſenectus & flagrat grauiſſime. Iudicent docti.

27 *Ingenium ſolers*] MS *ſollers*: quaſi a ſolla arte, id eſt, ſolida.

Pag. 89. verſu 2. *Et purgare metu ſiluas, & viuere rapto*] Rom.

Et parare metu filuas, & viuere rapto.) MS *viuere victo*. Malim *purare*: nã vt a pio est piare, sic purare a puro, inquit Festus. Illud autem MS perplacet, *viuere victo*. Nam de rapto iam ante Manilius dixerat, *viuitque rapinis*.

9 *At quibus Erigone*) Hos versus MS & Rom. exhibent non male,

At quibus Erigone dixit nascentibus aeuum
Ore, magisterio nudosque coercita Virgo
Ad studium ducit mores, & pectora doctis &c.

Nudos mores, γυμνὰ ἤθη, nondum vestitos iusta institutione.

14 *Illa decus*] MS & Rom. *ille*, rectissime.

15 *Quæ possit cernere cũcta*] MS *qua* Romanus, *quo possit*.

19 *Excipiens*] MS & Rom. *excipiet*.

20 *In vitio bonus: & teneros pudor impedit annos*] MS *In vitio bonus & teneros p. i. a.* sine interiecta distinctione.

23 *Librantes noctem Chelæ*] hic locus in MS & Rom. sic habet:

Librantes noctem (Chelæ cum tempore lucis
Per noua maturi post annum munera Bacchi,
Mensuræ & tribuent vsus, &c. nam in Libræ signo vtrumque est, æquinoctium, & vindemia. Eũdem autem ordinem vide in Scorpio & aliis, ne forte hunc versum πλεονάζειν putes.

26 *Qui nomina summis*] MS & Rom. *qui munera summis Imposuit. summis*, nempe Imperatorib. & præfectis castrensibus singulis. Id enim illa ipsa verba Sophoclis ostendunt, quæ a Scaligero cõmodum adducuntur. Itaque nihil muto.

28 *Hic etiam*] MS & Rom. *Hinc etiam.*

Pag. 90. ver. 3. *Diriment*] MS *dirimunt.*

5 *Qui sua cum Phœbi*] MS & Rom. *qua, sua cum Phœbi currum per sidera ducit.* Qua autem, nimirū cauda, rimatur terras, &c.

25 *Quippe fera mistum est h.)* in MS & Rom. exstat versus ille quem expungebat Scaliger, & ita coniungitur:

Quippe feræ mistum est hominis per sidera corpus,
Impositumque manet: quo circa regnat in illos.

31 *Poscitque nouas ad sidera flammas*] MS & Rom. *ad munera.* recte munera τῆς μεταλλείας Manilius appellauit, & fabrilia omnia.

Pag. 91. v. 1. *Depositas & opes*] Hic versum Scaliger exterminat, quem libri veteres nostri vno consensu retinent. Sic enim illi:

Depositas & opes, terræque exurere venas,
Materiamque manu certa duplicarier arte,
Quicquid & argento, &c.

Non contendam versum hunc a Manilio esse, quod veteres libri clamant. Sed tantum hoc dicam, τὸ διπλοῦν Græcis, & Latinis duplex, non solum ad discretam, verumetiam ad continuam quantitatem pertinere. Quam in sententiam Virgilius in Georgicis -- *duplici aptantur dentalia ferro,* id est, admodum lato & dupla amplitudine: item, *At duplex agitur per lumbos spina,* &c. sic alii. Hinc autem duplicari est dilatari, diduci, bracteari malleo, πεταλουργεῖσθαι. Atque hanc fuisse mentem Manilii demonstrat nomen, *manu,* i. malleo qui manu agitatur, vnde manuleus di-

ctus & διασυγχεπῆς malleus, & malleatores; bractearij artifices. Malleatoribus autem & Alchymistis quid est commune, quam aurum perdere? Alioquin ars, modus, instrumenta, opera omnino dissident. Hunc itaque versum pro germano fœtu Manilij non dubitauerim agnoscere: nam quid huic cum fumosa illa & portentosa Alchymia?

5 *Mercemque fugacem Frigore, brumalem s. p. c. n.*] Rom. *mercemque furacem, Frigore brumalem seruans per sidera sortem.* placet.

9 *Pars prior*] Hos tres versus ita ex MS & Rom. legeris commode:

Hic & nobilitas rerum: mutataque sæpe
Mens natat, & melior iuncto sub pisce senecta est:
Pars prior at Veneri mixto cum crimine seruit.

Mutari facile ferō sedem horum versuum: quā sit necesse libris reclamantibus, non video.

14 *Cernere sub terris*] MS & Rom. disparato præcedente versu legunt:

Cernere sub terris vndas, inducere terris, sententia non incommoda, & venusto versu.

19 *Mille sub hoc habitant artes*] Argute quidem, & docte, vt pleraque omnia, hos versus transposuit & exposuit Scaliger: sed non ægre feret, scio, si veterem lectionem sine transpositione interpretari tentauero, ipsius & literatorum æquo iudicio rem totam permissurus. Sic ergo MS & Rom.

Mille sub hoc habitant artes quas temperat vnda:
Quippe etiam Mundi faciem sedesque mouebit,
Sidereas, cælumque nouum versabit in orbem,

Qua

Quæ per aquas venient, operum pontesq; sequentur. Equidem haud ſcio vtrum hæc melius ad Cteſibicas machinas aſtronomicas referri poſſint, & opera accuratiſſima, quæ aquarum adminiſtratione & expreſſionibus agebantur. Nam ad aquam temperabantur horologia, & cœli motus repræſentabantur: quam rem vltimo verſu optime deſcribit Manilius dicens, *Quæ* motiones & conuerſationes *per aquas venient*, id eſt, agentur eundo redeundoque, *operum pontesque ſequentur*, id eſt aquæ ductiones & fiſtulas caſtellorum, vnde erumpens aqua in tympana ferebatur, vt motus & conuerſatio ſingularum partium per eam efficeretur αὐτόματος. Qua de re conſulendus Vitruuius libro 9. de architect. cap. 9. Aſtronomis vero ſuus ortus in Geminorum ſigno tribuitur.

23 *Docilesq; fluunt a ſidere partus*) MS & Rom. *dulcesq; fluunt ad ſidera partus. Ad ſidera* autem, id eſt, ad horum ſiderum principatum ἐν ταῖς ζωοθλίοις atque (vt vocant) influentiam.

25 *Nec deeſt, nec ſupereſt cenſus*) Rom. *nec ſuperat.*

Pag. 92. verſu 4. *Fluctusque effindere rectos*) malim, *recto*, nimirum clauo, cuius meminit ſuperiore verſu. *Recto*, κυβερνηθέντι.

10 *Attribuunt*) Poſt hunc verſum legitur vnus, quem Scaligero viſum eſt ὀβελίζειν. Reclamant veteres libri, reclamat ordo: quem nemo non eſt viſurus, ſi mutata vna litera ſic verſum legeris:

Fecundum genus eſt Nantes: & amica voluptas,
Et celeres motus, mutataque cuncta per æuum.

Nantes enim vel *Nantis* prisca scriptura, τὰ νηκτὰ, sunt Pisces.

18 *Quas partes decimas*] MS *Quam partem decimã d.* Rom. *quam partem decima.* omnes *Decania* legunt nominandi casu: prout Manilius τεχνικῶς solet enunciare: quemadmodum pag. 78. 6. in MS legi ostendimus,

Sidere quod memorant horoscopus, inuenturis. & similia. in versu autem præcedéte memineris post verbum, *Conceduntque* distinctionis adhiberi notam, στιγμὴν, oportere.

20 *Condita tricenis propria*] In MS additur glossema, triplici, ad loci euidentiam pertinens: nam triplex est sors astrorum singulis versibus exposita, propria, concessa, & coniuncta.

22 *Ternis*) Rom. *trinis.*

24 *Et verum in cæco est. multaque amb.*] MS *Et verum in Cælo est multa cum ambagine rerum:* omnino recte.

28 *Stat tamen*) Hunc versum retraxit huc doctissimus Scaliger præter omnium veterum librorum fidem. Ego sine transpositione hæc omnia optime inter se arbitror cohærere.

Pag. 93. ver. 2. *Altera pars*) huic versui in Rom. exemplari anteit ille:

Astrorum princeps primam seruat sibi partem.

In MS non comparet: penes doctos iudiciũ esto. Post vero sequitur,

Altera sors Tauro, Geminis pars tertia cedit.

7 *Extremam*) Huic versui non incommode subnectitur ille,

Stat

Stat tamen, & proprias miscet per singula vires.
Rom. *stant tamen, & p. miscent p.* Hac sede versum hunc depellebat Scaliger.

8 *Libra decem partes Gem.*] MS & Rom. *geminorum*, cum g minusculo. Hæc prima, inquit Manilius, e signis quæ gemina sunt habet decaniam. Sequentem versum sic in codice Rom. legimus:

Scorpius adiuncta, Centaurus tertia poscit.
quam penthemimerim qui non probant, copulam per me adhibeant licet.

23 *Cutribuit*] MS & Rom. *cum tribuit.*

29 *Hæc autumnales componit lucibus horas*] Rom. *lancibus*: elegantissime seruatis Libræ partibus, iugo & lancibus. Ille Aries, inquit Manilius, temperat veris iuga in summo cœlo positus: hæc vero Libra componit Autumnales horas suis lancibus.

Pag 94. versu 9. *At virginis*] MS & Rom. *& virginis.*

20 *In plureisque domos partitaque momina*] MS & Rom. sic legunt:

In plureisque modos repetitaque nomina Cælum
Diuidit, & melius sociat quoque. Sæpius orbem,
Ne tua sub tuulis fallantur pectora notis,
Dissimulat, non ostendunt mortalibus astra.
Altius est acies animi mittenda sagacis,
Inque alio quærenda manet, &c.

Rectissima procul dubio lectura. Etsi pro *nomina* aut *momina* cum Scaligero, aut *numina* pro inclinationibus (vt ante monui) legendum censeo. *Inque alio quærenda acies animi manet*, id est,

ſubſidit circa vnum aliquid, contra quam facto opus eſſe docetur ſequentibus.

32 Genus externum referunt] Rom. *reddunt*.

Pag. 95. verſu 16. *Nec ſunt immunia tanta*] MS *in munia*. Rom. *munimina*, alij *minumina*. Lego *immunia*, in hanc ſententiam: res tantæ non ſunt eiuſmodi quin pertingi a nobis nõ poſſint. Gloſſarium, Immunis, ἀνέπαφος, intactus, qui ad munus nec dum adhibetur, aut adhiberi poteſt. Integrum etiam priſci Latini appellabant, q. d. intactum: cui contrarium adtegrum vel adtegratum.

24 Conſummant] Rom. *conſumunt*.

26 Quæremus lucrũ naui, mortemq; ſequemur] Rõ. *Quærimus in lucrum naues, Martemque ſequemur In prædas, pudeat*, &c. at quanto elegantius?

28 Luxuria pernox eſt & vigil, atq; ruinis] Rom. exemplar, & quidem ante annos amplius 104. editum, ſic habet,

Luxuria quoque militia eſt: vigilatque ruinis
Venter: &, vt pereant, ſuſpirant ſæpe nepotes. commode. In MS mutilus eſt prior verſus, deficiente voce *militia*: in poſteriore autem verſu legitur *parcat* pro *pereat*.

30 Quantum eſt, quo veneat omne?] Sic Rom. In MS *quod veniat omne*, vitioſe. Quid autem ſi ita legeris, *quantum eſt? quo veneat omne?* πόσος ἐστιν ὁ οὐρανός; τί ἡ αὐτοῦ ἀντάλλαγμα;

Pag. 96. verſu 11. *Terris lætus*] Rom. *fatis*, omnino recte.

13 *Iam facta Charybdis*] MS & Rom. *iam vaſta Charybdis.*

15 *Et*

15 *Et [illegible]*] in MS & Rom. huic verſui ſubditur ille:

Aut faciens iter, aut quærens venitue reditue.

18 *Vires vtroque ſalubreis*] MS *vires vſumque ſalubrem.*

25 *Incidi ſi verba piget? ſed gratia d.*] Manuſcriptus corrupte,

Incidimus: ſic verba piget: ſed gratia deerit. Rom.

Incidimus ſic verba, piget, ſin gratia deerit.

Ex his ſtatuo præcedentẽ verſum ἐρωτηματικῶς concludi oportere. Hunc vero paucula mutatione ita reſtituo:

Incipimus ſic verba, piget: ſin, gratia deerit.

Hos omneis itaq; verſus in hunc modum conteximus euidente ſenſu:

Sed quis tot numeros totiens ſub lege referre?
Tot partes iterare queat? tot diſcere ſummas
Per varios caſus? faciem mutare loquendi?
Incipimus ſic verba, piget: ſin, gratia deerit, &c.

Incipimus ſic verba, id eſt, ſi hæc omnia inſtituimus exponere, & quidem mutata atque ad argumenta accommodata loquendi forma, quam *faciem* dixit, *piget* facere: *ſin*, id eſt ſi non ſic inſtituero cum aliqua dicendi accuratione, *gratia* defutura eſt. Oratio eſt ex parte ἀνανταπόδοτ⊙, Latinis auribus non inſolens.

Pagina 97. verſu 1. *Si tamen hæc*] Manuſcriptus *ſi tantum poterit ſignare canenda.* atque hoc ἐμφατικώτερον.

4 *Septima pars illi decuma*] MS & Rom. *ac decuma, dec.*

6 *Unaque viginti numeros pars addita claudens*] MS & Rom. *unaque viginti numerus pars addita laudet.* Rom. *laudit.* Suspicor legendum, *--fraudi'st,*

Et quinta & duram consummat septima partem.

vt versu 11. confirmatur.

8 *Similis quoque tertia pars est, Post d.*] in fine versus delenda στιγμή.

9 *Septima iuncta*] MS & Rom. *septima iuncta est.*

10 *Bisque vndena*] MS & Rom. *Bis vndena.*

11 *Fraudatque duobus*] MS & Rom. *fraudata duobus Triginta n* atque hoc res ipsa postulat.

14 *Ter quinta*] Rom. *ter quina*: & sic in MS vitiose, *tot quina.*

23 *Contactu summo*] MS & Rom. *contactu primo.*

24 *Et prima sub parte venis. at quinta salubris*] MS & Rom.

Et prima sub parte premis: nec quinta salubris:

Terque caret cælo vigesima & altera lædit:

Et tribus appositis iunctum, totidemq; sequutis, &c.

Caret cælo, pro eo quod est, nebulosissima est in iuba Leonis, inducens cæcitatem, vt exponit Bonincontrius.

28 *Erigones*] MS *Erigone*, tertio casu.

Pag. 98. versu 7. *nonumque capessit*] MS & Rom. *votumque capessit*: vitiose id quidem. sed malim, *totumque capessit* Ea est trigesima.

19 *Numero quæ condita nono est*] MS & Rom. *non est*, pro *non' est.*

21 *Accumulans*] MS & Rom. *accumulat.*

23 *Metuenda & septima*) MS & Rom. *est sept.*

32 *Utroque remittunt*] Rom. *vtraque remittunt* optime.

Pag. 99. versu 5. *Tantum audere iuuat, sic ipse*] MS. *tantum audire iuuat*. Rom. *tantum haurire iuuat*: melius. Quapropter sic lego:

Tantum haurire iuuat, sin ipse in cornua fertur, &c. *Haurire*, exhaurire, & spoliare quemque: sic iubent præcedentia.

6 *Non vnis sedibus idem*] MS & Rom. *non vllis sedibus.*

21 *Sed Geminos æqua profert cum virgula Cœli Parte*] MS *cum vincula tegit*. Rom. *cum vincula cogi*. Ex his legendum conijcio:

Sed Geminos æqua proferunt cum vincula cohi Parte, &c. Cohū siue coum, auctore Festo, a cohibendo dictum, lorum illud est quo temo buris alligatur taurorum iugo: & ab eo cohiuum siue coniuum priscis Latinis dictum pro alabastro florum, antequam aperiantur & in calyculos abeant. Sunt ergo *vincula cohi* quibus inter se Gemini adstringuntur, communi iugo, quo aguntur ij qui in hoc sidere nascuntur, & afficiuntur (vt volunt) eorum viribus.

27 *Quæ velut extinctus Phœbeis ignibus ingens Officit*] MS & Rom.

Quæ velut extinctus Phœbeis ignibus ignes
Deficit, &c. malim,

Quæ velut exstinctus Phœbeis ignibus, ignes
Deficit, & multa fuscat caligine sidus.

Quæ, puta obscura nube. sic plana sunt cetera.

29 *Lumina deficient ortos*] MS & Rom. *artus*: eleganter dictum, pro eo quod est, oculi non præerunt agendo corpori. Sequente versu non inelegantius de cæco dictum, --*se quisque & viuit*,

& effert. vt omnes veteres libri nostri habent.

Pagina 100. versu 2. *Censusque immergitur ipso. Tanta fames*] MS & Rom. *censusque immergitur ipso Tanta fames, animumque sibi tam dira cupido Corripit, vt capiat, semet neque compleat vnquam*, &c. Omnia euidentia, si modo (quod malim) legamus *cibi* in illis verbis, *animumque cibi tam dira cupido Corripit, vt capiat*, nempe cibum, *semet neque compleat vnquam*, cibo, quamuis largissimo.

10 *Sancta pudicitia Diuorum templa colentem*] MS & Rom. grauius.

Sancta pudicitiam, Diuorum templa colentem, ποιητικώτερον.

18 *Tum suffragantibus*] MS *tam suffr.* Rom. *tunc suffrag.*

31 *Tali pensabat imagine victor*] MS & Rom. *talis pensabat in agmine victor.* Lego mutatione nulla, *tali pensabat magmine victor.* Sensus est, Hannibal ille horrendus ante fugam victor pensabat Trebiam, Cannasque, Lacumque Thrasymenum, id est, luebat, rependebatque Fortunæ amplissimarum illarum victoriarum, quas in locis istis reportauit, præmia, & exsoluebat se religione benefactorum eius, tali magmine. *Magmen* seu magmentum, sacrificium amplum quo mactatur deo: vnde magmentatum Festo, magis auctum, mactum vel macte: & magmentarium Varroni, cui magmen siue magmentum imponitur. Glossarium, Magmentarium, ἐφ' ὃ τὰς θυσίας ἐπιτιθέμενοι τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. Hannibal ergo Fortunæ pen-

pensasse tali magmine dicitur *μετωνυμικῶς*, i l est, hoc *εὐχαριστήριον* operæque pretium Fortunæ pro beneficijs ante ab illa acceptis rependisse, atque hoc modo a fortuna multatus esse.

Pag. 101. versu 2. *vita discrimen inertis.*] Rom. *discrimina.*

3 Quod si quem sanctum velles] MS *velis.*

7 Mussantis semper] MS *mutantis.* Rom. *mussantis.* Aliud est musso a mutio, aliud musor *παρὰ τὸ μῶσαι*, & ex eo musinor: quam vocem eleganter Plinius in limine naturalis hist. vsurpauit. Sequentem versum habent codices nòstri, quem expunxit Scaliger. *Crimina per populum populi fert ore bilingui.*

10 *Sese Cytherea nouauit*] MS & Rom. *notauit.* Quid si, *rotauit?* quod & de flammis, & de pauonibus dicitur. Legendus Columella libri 8. capite 11.

Pagina 102. versu 3. *Italiaque vrbes dextra insinuantis inundant*] Manuscriptus & Romanus, *dextram sinuantis in vndam*: rectius. Sinuat enim se Italia atq; in sinum protenditur ceu linguam Africam versus, quæ ad dextram est spectantibus ortum Solis.

7 In lana se findens] MS & Rom. *in lanas effundens* & versu seq. *comitatur.*

10 *Illyrium*] MS & Rom. *Illyricum*: vt versu seq. *circumuolat.*

15 *Traditur inuitum*] MS & Romanus *Traditur, inuitum, faucesque Propontidos apta*

Euxino,

iungi Ponto: id eſt, commode ad hanc σύῤῥοιαν & confluxum aquarum iſtarum ſitæ.

28 *Habenis*] *arenis* MS & Rom.

Pag. 103. verſu 2. Poſt hunc verſum nihil deſiderari videtur: nam a maioribus inſulis ad minores Manilius tranſit. Maiorum autem, quæ quidem in mari ſunt mediterraneo, Cyprus eſt vltima. Nam ſequentia ſunt quidem conſtructione diuerſa, ſed tamen commode cum antecedentibus verſibus aptari poſſunt.

6 *Vicinaque Corſica terræ*] MS & Rom. *terris*.

10 *Nec tantum ex vna*) MS & Rom. hos verſus ita habent:

Nec tantum ex vna pontus ſibi parte recluſus.
Faucibus abruptis orbem nam litora plura
Impulit Oceano: potius ſed montibus altis Eſt vetitus. quam lectionem ego quidem damnare non poſſum.

14 *Æſtate rigentem*) MS & Rom. *nitentem*, id eſt, Perſicum.

21 *Quæ rigat ipſe*) MS & Rom. *regit*.

25 *Media illa duobus*) MS & Rom. continenter ſic legunt, -- *media illa duobus*
Quondam Carthago regnum ſortita ſub armis:
Ignibus Albanas cum contudit Hannibal arces,
Fecit & æternis Trebiam Cannasque ſepulcris:
Obruit, & Libyam, &c. & ita Bonincontrius. *Fecit æternis ſepulcris*, pro eo quod eſt effecit vt ſepulcra æterna eſſent, funeſtaque Romanis haberentur loca.

31 *Huic varias peſtes*) MS & Rom. *Hic v.*

Pag. 104. verſ. 4. *In pœnas fœcunda ſuas parit horrida*

rida Tellus) MS & Rom.

In pœnas fœcunda suas: parit horrida bella,
Et portentosos Cyclopum ludit in ortus, &c.

posterius membrũ est prioris interpretamentũ.

15 *Euxinique aspera Ponti*) His subiicitur versus in vet. lib.

Æquora, & extremum Propontidos Hellespontum.

hũc eiicit Scaliger: si legi placet, ita reposuerim:

Æquoris extremumque Propontidos Hellespontum. & malim.

18 *Taurumque resoluit*) Sequitur versus quem expungit Scaliger. Cum tamen in libris nostris compareat, & quidem vitiosus, malim restitui & curari, quam profligari. Itaque sic lego:

Fluctibus excepitque Iouem, taurumque resoluit,
Condere passa sibi, signisque, humerisque iuuantem.
Ille puellari donauit nomine fluctus,
Et monimenta sub hoc titulo sacrauit amoris.

Europam enim sibi in Bœotia ad aquam Oedipodiam Iupiter abscondisse dicitur, vico qui Teumessus dictus est, teste Pausania in Bœoticis. Eam vero exportans Taurus blandis significationibus & commodatis humeris adiuuit gestans. Quarum rerum memoriam Iupiter dicitur statuisse, tum maris appellatione, tũ Tauri in Zodiaco positu. Mare autem Bosphorus Thracius appellatur ex poetica μυθολογία. Etsi reuera appellatus est Bosporus, quod etiam bobus sit transitus illius meabilis: tanta est eius angustia. Plinius lib. 6. natur. hist. cap. 1.

21 *Princeps illa domus*) Ordinem versuum quatuor doctissimus Scaliger permutauit. Nos quo

ſe modo in libris noſtris habeant exponemus, pauculis commutatis:

Maxima terra viris, & fœcundiſſima doctis
Vrbibus: in regnum florentes oris Athenæ,
Sparta manu, Thebæ diuiſa, & rege vel vno
Princeps illa domus Troiani Græcula belli, Theſſalia, &c. Thebas diuiſas ita Manilius vocat, vt duplices Virgilius Æneid. 4. *Domus rege vel vno Princeps*, Mycenæ, quibus præfuit Agamemnon: cuius nomine ſcholæ triuiaque perſonant.

26 *Threce*] MS & Rom. *Thrace.*

28 *Prætentus*] id eſt, τῶν ὀρῶν προβολαῖς καὶ ἐπιτειχίσμασι.

29 *Italia in ſumma*] MS *in ſummam*: vt Liuio, Tacito.

31 *Hos erit*] MS & Rom. *Hic erit.*

Pag. 105. verſu 5. *Vt tanquam communis*] MS & Rom. *Et quamquam.* Lego, *vt quamquam communis erat*, &c.

11 *Ai fimur*] MS & Rom. *Et fimur*, ſic verſu 25.

19 *Gallia virgineo*] MS & Ro. *vicino*: rubens enim vultus vicinus eſt & cognatus flauo capillitio.

26 *Terraſque figurant Præf.*] MS *terriſque figuris Perfuſos homines, gentes minus, India toſtas Progenerat.* Lego, *tetriſque figuris.*

Pag. 106. verſu 11. *Elephantes*] Rom. *elephantos.*

Pag. 107. verſu 5. *Cum caperes lumen m.*] MS *Cum caperent.* Rom. *Cum cuperent lumen.* optime omnium. Reſpicit enim ad eamdem hiſtoriam Tiberij Cæſaris Auguſto ſucceſſuri, ad quem poſt Druſi Germanici & Agrippæ mortem omnium ora & oculi obuerſi ſunt. Suetonius.

Dion.

Dion. vere, inquit Manilius, domus es Solis, o Rhode, vel eo nomine, quod communibus omnium votis sacrata es, quum Tiberius inde aduenturus caperetur.

12 *Hesperiam sua Libra t.*] Hos versus aliqua ex parte transportat Scaliger: nostris vulgatus ordo est, sed hac electione:

Hesperiam sua Libra tenet: qua condita Roma,
Orbis & imperium, retinet discrimina rerum,
Lancibus & positas gentes tollitque premitque:
Qua genitus Remus cum fratre hanc condidit vrbẽ,
Et propriis frenat pendentem nutibus orbem.

Roma condita in Libra dicitur habita ratione regionis, non autem natalium, de quibus inter auctores constat. Natales vero duorum fratrum Remi & Romuli fuisse in signo Libræ, nisi forte ex apotelesmatis (quemadmodum etiam de Tarrutio Plutarchus narrat in Romulo) Manilius vnde hauserit, nondum comperi. Omnino commodius iudico, si ex duobus postremis versibus transponatur alter.

18 *Dotataq; regna*) MS & Ro. *donataq; regna*: nempe Numidiæ, Massanissæ Regi a Scipione datæ, quod pop. Rom. approbauit. Post hunc versum sequuntur illi in libris nostris contraquam Scaligero placet:

Tyrrhenas lacrymis radiatus Scorpius arces
Fruit Italiæ, qua tamen respectat ad vndas, &c.

Versus plane Manilianus est. Nam quod ante dictum est inferius sidus, hic vero Scorpius appellatur, id poeticæ grauitati & dignitati non magis aduersatur, quam illud alterum paulo

post,

post, quum idem primo iuuenis, deinde Aquarius appellatur. Sunt enim apposita (vt loquuntur) non autem opposita. *Qua* autem in illis verbis, *qua tamen respectat ad vndas*, vox est primi casus, ac non ἐπιῤῥηματικῶς accipienda: quod fefellit interpretes. Id enim sibi volebat Manilius, extremam partem Italiæ, Africæ proximā, subesse Scorpio.

23 *Ipse venit genius*) MS & Rom. *geminus*, διφυής, vt ante.

25 *Ad iura sororem*) Rom. *adiuncta*.

28 *Pares sequitur leges, nec sidere ruptas*) MS & Ro. *patris sequitur leges, nec sidere rapta est*. *Patris*, puta Saturni, qui cessit Ioui, vt tradunt μυθολογήματα. Sicilia igitur cum Creta iure communicat, nec sidere rapta est, siue erepta quin vtatur cōmuni iure.

31 *Seu quo fert Gallia*] MS & Rom. *quod fert*.

Pag. 108 vers. 4. *Ægyptum ad, Leptimque, arces Tyriasque recedit*] MS *Ægyptum Alepidam Tyriasque recedit*, idque cum obelo. Rom. *Ægyptum Alepidam ad arces terrasque recedit*. Alij, *Ægypto ad Leptimque*. Ego hos omnes versus ex coniectura vestigiisque sic malim legere:

Sed Iuuenis nudo formatus mollior artu (ex Rom.)
Ægyptum, alipilas arces, Tyriasque recepit, &c.

Artu nudo, lacerto ad commoditatem iaculandi, poetice. *Alipilas arces*, Arabiæ Petrææ, Idumææ, & Palestinæ intelligo: siue quod istæ gentes alarum pilos & reliqui corporis cum ad mollitiem solerent vellere, tum religionis ergo, teste Herodoto, Diodoro, aliis: siue quod isto

tem-

tempore mancipia pleraque vilissima essent ab istis gentibus, quorum opera Romani in alis depilandis, tondendis capitibus, & corporibus purgandis vterentur: quo spectabat prouerbium, Syri venales. Hos Græci δρωπακιστὰς dixerunt, Latini alipilos, vt Seneca epistola 57 alij etiam alipilarios, vt est in Glossario vetere.

6 *Piscis amator*] MS & Rom. *arator:* nam in signo hoc quoq; aratur, æque ac in Libra, ad hornam messem.

10 *Bactraque*) lege, *Bactraque & Arij, Babylon, & Susa, Parosque.* Est enim Paros tractus continens iuga Tauri vel Caucasi montis: quorum iugorum pars dicitur Paropamisus vel potius Paropanisus, tanquam si frontem Pari dixeris, & ex eo Paropamisadæ vel Paropanisadæ ad radices Paropanisi, & Parospus fluuius, id est, Pari oculus in Cophetem influens. Consulantur Geographi.

24 *Percipe*) Rom. *Accipe.*

28 *Vnumque colorem Tutatur: sed c.*) Ro. *vnumque colorem: Mutantur sed cuncta diu, variantur in orbe.*

Pag. 109. versu 2. (*oncutitur varijs Tellus*) MS & Rom. *Tellus varijs.*

4 *Et vomit Oceanus pontum, sitiensque resorbet*) MS & Rom. *Et venit Oceanus, pontum sitiensque resoluit. Sitiens*, id est, sic hauriens vt si sitiret. *Resoluit*, cum æstus maris refluit, nec sese ipse capit ac continet, vt ex sequentibus exponit Bonincontrius.

18 *Nec trahit ad se tum*) MS *ad cœtum*, nempe homi-

hominum incolarum orbis, ait Bonincontrius, q.d. Luna nec a Sole tum fœneratur lumen, nec cum terra acceptum a Sole communicat.

19 *Pariter cum sidere languent*, Rom. *cum lumine.*

29 *Nunc longius*] MS & Rom. *nec longius*: recte. contraria enim hypothesis iam fuit posita antecedente versu.

Pag. 110. ℣. 2. *Ipsis hærentia signa*] MS & Ro. *signis.*

5 *Cursus inclinat & ipse*] MS & Rom. *ipsa*, nimirum statio, de qua paulo ante. Itaque concludit Manilius, *locus omnia vertit.*

12 *Mortales hebetat visus*] MS & Rom. *Mortalisque hebetat*: nam *quicquid*, præcedente versu idem est ac quidvis, prisco significatu, vt ante diximus.

19 *Quanta*) Hic versus in libris nostris habetur post versus quinque, illumque sequitur, *Pendentis tractus.* minime male. sic autem lege:

Quinta & pars superest, rationem discere, noctis?

21 *Segminibus*) MS & Ro. *seminibus*: vt supra pa. 23.

22 *Et pretium Cælo*) MS & Rom. *cæli.*

30 *Vtque est ex omni*] MS & Rom. *vtque sit ex omni.* Hos autem versus ex nostrorum librorum collatione sic legimus:

Vtque sit ex omni constructus corpore Mundus,
Ætheris, atque ignis summi, terræque, marisque,
Spiritus & toto rapidus quicunque gubernat:
Sic esse in nobis terrenæ corpora sortis,
Sanguineasq; animas? animum, qui cũcta gubernat,
Dispensatq; hominem, quid mirum noscere Mundũ,
Si possunt homines? quibus est & Mundus in ipsis,
Exemplumque, &c.

Ide

Insignis locus, & Manilij grauitate dignus.

11 *Et quia consilium*, Hos quoq; versus sic lego:

Et quia consilium non est, & lingua remissa:
Vnus at inspectus rerum, viresque loquendi,
Ingeniumque capax varias educit in artes:

Hic partus, &c. Nam primus versus de brutis agit, sequentes de homine ἀνθέτως. *Vnus inspectus*, adunans generalia ex singularibus διὰ λογισμῦ. Optime dictum, & Philosophice. Nam communia ex singularibus colligere, opus rationis est, quo carent ἄλογα.

14 *In arcem*) MS & Rom. *in arce.*

18 *Cælum scrutatur in alto*] MS & Rom. *in alto.* Seruat enim allegoriam, cum dixisset, *nec solâ fronte Deorum Contentus.*

19 *Se quærit*] MS & Rom. *sic quærit.*

24 *Atque adeo*) MS & Rom. *ideo.*

Pag. 112. versu 11. *mittitque ad sidera numen, Maius*] MS & Ro. --*mittitque ad sidera numen Maius, & Augusto crescit sub principe cælum.* omnino recte.

IN LIBRVM V.

Pag. 113. versu 9. *Hic alius*) MS *Sic.*

30 *Votū soluit*) MS *vota soluit*. Quid si, *vota exsoluit?*

Pag. 114. versu 9. *Et quid de bis s.*] MS & Rom.

Et quid de bis sex astris par quodque reducat. Post hunc versum proxime sequuntur duo, quos in finem reijcit Scaliger:

Ac stellis proprias vires & tempora rerum
Constituit magni quondam fabricator olympi.

quæ verba æque prologi quam epilogi esse a Manilio possunt.

12 *Qui vertere Iolcho)* MS & Ro. *Colchon.* Lego. *Colchidis & magicas artes, quum vertere Colchon Medeam iussit, mouitque venena per orbem.*

16 *Consurgit in ortus)* MS & Rom. *in ignes.*

17 *Corniger extulit ora)* MS & Rom. *horas.*

26 *Non inuehet undis Sipara)* MS & Rom. *Sidera,* id est, non quærent in mari nautæ Helicen aut Cynosuram, ait Bonincontrius.

28 *Roma Syracusis, Salamis non m.)* MS *vera Syracusas, Sal.* Rom. *Verre Syracusas.* lego, *Verre Syracusas, Salami non merget Athenas,* nempe classis.

30 *Suspensus vterque orbis)* MS & Rom. *vtroque:* puta Augusto Cæsare & M. Antonio, a quibus orbis imperium pendebat.

Pag. 115. versu 9. *Properantia corda vigore. Instar)* MS & Rom. vno consensu hos versus ita exhibent, idque non male:

Indelassato properantia corda videre
Instar erit populi, totoque habitabit in orbe: Limina, &c. *Indelassato officio,* ἀπὸ κοινοῦ, ex praecedente versu. *Instar populi,* ὁ γὰρ δῆμος πολυπραγμονεῖ.

17 *Retentas)* MS & Rom. *retentans.*

27 *Prælidere)* MS & Rom. *præludere.*

32 *Et stabilis poterit)* alij *stabiles poterit,* &c. nihil muto.

Pag. 116. versu 3. *Per cursus)* MS & Rom. *percussus,* nempe studio assequendi præmij, aut non assequendi metu: vt MSS. apud Liuium lib. 1. instat Tullus, fusoque Fidenatiũ cornu in Veientem alieno pauore perculsum ferocior redit.

6 *Molibus)* MS & Rom. *montibus.*

7 Sen-

9 *Senſit at immenſos*] MS & Rom. *Senſit & immenſos ignes, ſuper ipſe ſequutus Morte, Iouem didicit generatus quid ſit haberi*: ſic enim lego, pro *poſſit*. *Super*, ἐπιῤῥηματικῶς: reſpicit enim ad eos quos iſte impius & inhumanus carnifex feriebat fulmine, vt narrat Seruius. ſic morte ſua, homo natus, didicit quid ſit haberi Iouem: hi enim plerumque (vt verbis vtar Bonincontrij) βιοθάνατοι moriuntur.

14 *Campus*) MS & Rom. *campus*. Sequitur, *Hic erit Heniochi*, &c.

20 *Strictos nec crede Catones*] MS & Rom. *Structos ne crede Catones*. *Structos* autem, id eſt, conceptos hoc ſigno.

21 *Torquatum*) Rom. *Tarquinum*. MS *Torquinum*, id eſt, Torquatum, diuerſa forma.

Pag. 117. verſu 7. *Immundosque greges*) MS & Ro. *Immundosque greges agitant per ſordida rura*. ſeorſim a ſequente verſu.

8 *Efficiunt: & non al.*) MS *Et fidunt veri dum genuere Booten*: ſed cum obelo. Rom. *Et fidi interdum non alium genuere Bootem*. lego, *Et fidum terris alium genuere Bootem*. *Alium* a cæleſti puta.

9 *Hos g.*] MS & Rom.
Hos generant Hyades mores ſurgentibus aſtris.

12 *Et gelido*) Hos verſus diuerſo ordine exhibent libri noſtri hoc modo:
Olenie ſeruans prægreſſos tollitur hœdos
Egelido ſtellata polo, qua dextera pars eſt,
Officio magni mater Iouis. conſequutione ſatis apta.

19 *His etiam ingenitur viſ*) MS & Rom. *His etiam*

ingenium visendi ignota cupido. Ingenium, ingenitum studium & inclinatio.

20 *Vt noua per, montesque ruunt arb.*] MS & Rommelius,

Vt noua pernoctes quærunt arbusta capellæ. Quærunt, pro *que ruunt*, procliui lapsu.

22 *Taurus in auersos*] MS & Rom. similiter vt ante ostendimus,

Taurus in aduersos præceps attollitur ortus. deinde,

Sexta parte sui certantes lucis ad oras, &c.

25 *Eduntur*] MS & Rom. *educunt.* &, *mensasque super*, versu sequente.

29 *Tortosque in plexum ponere crineis*] MS & Ro. *in flexum:* nam etiam calamistrati sunt cinædi, quamuis sine plexu.

30 *Aut nodis reuocare*] MS *vndis reuocare:* quo quid elegantius? aut quid in viro indignius? hoc enim illud est, *odisse virum*, quod postea de isto hominum genere Manilius prædicat elegantissime.

Pag. 118. versu 2. *Noxæ sine tegmine plantæ, Et sp.*] MS & Rom. haud scio an omnium optime:

-- nec insunt tegmina plantis,

Sed species, fictique placent ad mollia gressus.

13 *Ille cito motu rigidos*] MS & Rom. *monitus*, id est, iussus, aut vocatus, aut edoctus signo. Sequentes versus in libris nostris hoc leguntur ordine & modo:

Nunc exire leuis missos, nunc mittere palmis:

Ille pilam celeri fugientem reddere planta,

Et pedibus pensare manus, & ludere fulcro,

Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis:

Ille potens turba p rfundere concita pila, Per totumque,&c. Atque hunc ordinem omnino probo. Exponit enim Manilius pentathlos & cybistetas, vt Suetonius in Vespasiano vocat. Πεντάθλων sunt hæc: *volucres meatus*, saltus: *stadium*, cursus: *castus*, palæstra: *pila*, vel discus: iaculatio, *pilorum concitorum* appellatione. Postea κυβιστητῶν opera aliquot describuntur. *Reddere pilam*, remittere. *Pedibus pensare manus*, agilitate pedum efficere vt manus longinquiorem pilam assequantur. *Fulcrum*, ferula, at non πλατεῖα: nam ferularū duo sunt genera, vt nouerunt artifices.

20 *Tentos orbes*] MS & Rom. *tantos*.

21 *Et velut edoctos*) MS & R. *edoctas*, nēpe palmas.

25 *Atque Atalantaeos*) hanc transpositionem libri nostri non habent, sed ita legitur, & nos ex eis probamus bona pace omnium:

Te, Meleagre, colunt flammis habitantibus vstum,
Reddentemque tuæ per mortem munera matri,
Cuius & ante necem paulatim vita sepulta est:
Atque Atalantaeos conantur ferre labores,
Et Calydoniaca, &c.

Flammis habitātibus, οἰκείοις, fatali torri quē domi asseruabat Althæa mater. *Munera*, quæ Atalantæ speratæ suæ donauerat. *Conātur*, pro conatū, certissima coniectura restituimus: Cætera libri.

Pag. 119 versu 1. *Syluis mirandus*) MS & Rom. *imitandus*. lego imitatus.

7 *Ac per nulla*) hic versus, nec male, in libris nostris habetur post versum 12. huius editionis: est enim venationis & piscatus ἐπιλογιστικός. Quamobrē ad suā sedē per me reuocetur licet.

11 *Horrendumque feris*) ms & Rom. *fretis:* & recte.

12 *Et cælare)* ms & Rom. *colare.* Manilio digna Metaphora.

15 *Vicesima Cancri*] ms & Rom. *vicesima Cancro est.* seruari potest.

21 *Formant hastilia)* ms & Rom. *formare.* & placet.

25 *Latratque Canicula flammans, Et rabit, igne suo geminans)* ms & Rom. meo iudicio, non ineleganter, *-- latratque Canicula flammas,*

Et rapit igne suo, geminatque incendia Solis.

Pag. 120. versu 3. *atque vno ceu sint in lumine cuncta*] ms & Rom. *in flumine.* Malim, *in fulmine.*

9 *Nec magnis concita causis*] ms & Rom. *nec magnis condita causis Corda micant.* Corda, inquit, quæ erant condita, micant & sese retegunt non magnis causis, sed leuissima quaq; occasione. Illud autem, *-- & lingua rapit latratque loquendo*, quam elegans! pro eo quod est, raptim loquitur, ac potius latrat quam loquitur. Hos itaque versus ita distincte lego:

--- nec magnis condita caussis
Corda micant: & lingua rapit, latratque loquendo:
Morsibus in crebris dentes, in voce relinquit.

14 *Nec siluas)* ms & Rom. *siluis.* optime, pro, in siluis.

20 *Orbe Leonis*) ms & Rom. *ore.*

25 *Imitatas*] ms & Rom. *imitatus*: non male.

27 *Teque sibi credet semper, quin matre*] ms *semper qui matre refectus Adiungit calamis segetemque i. v.* Rom. *qui matre relictum Adi. cal.* Sed in Manuscripto

ſcripto lituræ veſtigium exſtat. Hinc conijcio legendum:

Teque ſibi credet ſemper, qui matre relictus
Adiunget calamis, ſegetemque interſeret vuis.

Matre relictus, id eſt, a matre vel matrice dimiſſus longius, & ſibi permiſſus. Quam allegoriam perſequitur Manilius dicens, *adiunget ſe calamis*, id eſt, quaſi ſerperaſtris & canalibus in quos incumbat: nam hi quoque probatis autoribus calami appellantur.

31 *Hauriet emiſcens, & frugibus*] MS & Rom. *emiſeris & frugibus ipſe fruetur.* Omnino *fruetur*, malim: ſed quid iſto facias, *emiſeris?* forte *eniberis & frugibus.* Eniberus, eneberus, iniberus, vel ineberus ſuppreſſa adſpirationis nota, dicitur pro inhiberus: per ſyncopen vero enebrus, inebrus, vel enubrus: vt loco proebri vel prohebri (ſic n. dicebatur priſcis) nominatur probrum. Eſt autem inheberus vel eniberus, teſte Verrio, Plinio, Gloſſario, tardans, impediens, inhibens actiones eas quæ ſunt opus. Inhiberæ ergo fruges μετωνυμικῶς eæ dicuntur quæ εἰς σίκερα, in facienda cereuiſia, curmi, zytho, & ſiqua ſunt id genus, occupantur: eaque de cauſa cereuiſia ipſa donatur inebrarum frugum appellatione. Sed obſtat quantitas primæ ſyllabæ, niſi forte (quod priſci Latini factitauerunt) adſpirationem latentem vim ſtatuas poſitionis obtinere. Sed ſinamus τὸ ἀρχαΐζειν. Ego nihil muto. *E miſeris & frugibus*, id eſt vina hauriet etiam factitia, & e frugibus miſeris comparata, miſereque diuexatis per artifices & coctores cereuiſiarios.

Hæc mihi quidem videtur grauissimæ huius enunciationis (quam Plinius sub finem libri 14. in naturali historia explicat) simplicissima interpretatio. Itaque sic lego:

--nec parce vina recepta
Hauriet, e miseris & frugibus. ipse fruetur
Gaudebitque mero, &c.

Sed hac de re plus satis: quid enim magis perspicuum?

Pag.121. versu 1. *In annua vota*] MS & Rom. *inania vota*. lege,

Nec solum Terræ spem credet: inania vota,
Annonæ quoque vectigal, mercesque sequetur
Præcipue quas humor alit, nec deseret vndam.

4 *Tales Crateri m.*] MS

Tales effinget Craterum moris amator. Rom. *Tales efficiet.* Itaque sic legendum arbitror,

Tales efficiet Crater, humoris amantes. aut etiam, *effinget.*

14 *Cæruleum f.*] MS & Rom. optime;

Cæruleum foliys viridemque in gramine colem.
Conferet, &c. *Colem*, brassicam.

24 *At cum ter decima conf.*] MS & Rom. recte iudicio meo:

At cum per decimam consurgens horrida partem.
Spica, feret præsens nascentes campus aristas. ἀλληγορία.

28 *Vsuramque sequi m.*) MS non caret vitio: sed emendat Rom.

Versuramque sequi, maiori sorte receptis
Frugibus innumeris, &c. Nam vsura frumentaria (quam isti dicuntur sequi) versura quædam est,

eſt, quam ex fructibus anni alterius præſtari oportet multo amplius quam quod iuſto tempore oportuiſſet ſolui. Atque hæc verſura eſt frumenti de anno in annum, vt verſura pecuniæ fit de manu creditoris vnius in alterum.

Pag. 122. verſu 3. *Siiicis frumenta*] MS & Rom. *ſulcis.* lege *filici.*

8 *Inſtructu ſimili componitur ordo*] MS & Rom. *inſtructus ſimilis.* non male. Poſt verſum autem proxime ſequentem exſtant quinque illi in libris noſtris, quos Scaliger in paginam 129. putauit transferendos:

Sculpentem faciet ſanctis laquearia templis,
Condentemque nouum cælum per tecta Tonantis.
Hæc fuerat quondam Diuis conceſſa figura:
Nunc iam luxuriæ pars: & triclinia templis
Concertant, tectique auro iam veſcimur aurum.

atq; hac in ſede quoq; hos vſus agnouit Boninc.

15 *Quod potius dederim)* MS & Rom. *quod totum.* ἀνερωτήτως.

17 *Arcu teliſq; fugauit)* MS & R. *arcus et tela fugauit.*

Mittebatque ſuos igneis in mille carinas.

Suos ignes, ignita tela, πυρόβολα. *In mille carinas,* quæ a Troianis occupatæ iamque tenebantur. ex Homero.

29 *Fratrum veſtigia*] Rom. *fratris.*

31 *Non deficientia curis*) Ro. *nec deficientia.* melius.

Pag. 123. verſu 3. *Non vllo careat digito*] MS *Non vllo curat digito qua quiuerit haſta.* Rom. *quaque iuerit haſta.* hoc probo: & ita lego, *Non nullo curat digito, quaque iuerit haſta, Defueritque,* &c. id eſt, nunquam non laborabit de cognoſcendis

auctionibus, sectionibus, pœnis, vadimoniis. Quæ doctissime a Scaligero (vt pleraque omnia) exponuntur.

6 *(Cognitor est vrbis)* MS & Rom. *verbis*. Quamobrem sic lego,

Cognitor est. verbis nec non lasciuit amores
In varios, &c.

11 *Chelarum surget cum pars*) hunc versum hoc quidem in loco nõ habent libri nostri: nec vero opus videtur esse vt retrahatur huc.

12 *Sonitumque ferens*] MS & Rom. *ferens*, id est, inferens in scopulos, &c.

16 *Garrula quas modulis diuerse tibia formas*) in MS & Rom. ita est,

Garrula qua modulos diuersa tibia forma,
Et quodcunque manu loquitur, flatuque mouetur.

Id est, instrumẽta musica ψηλαφητὰ καὶ πνευματικά.

20 *Mulcebitque sono Bacchum*) Romana editio sic habet:

Mulcebitque sono Bacchum, noctesque tenebit.
Quinetiam curas inter, secreta mouebit
Carmina, furtiuo modulatus, &c. non contemnenda lectio.

22 *Hinc distante Lyra*) Hic locus totus varie corruptus est. MS lectio hæc:

Hic distante Lyra, cum pars vigesima sexta
Chelarum surget, quæ cornua ducit ad astra.
Quid regione pari, vix partes octo trahentes? Rom.
Hinc distante Lyra, &c.
Sed regione pari vix partes octo trahentes,
Ara, &c.

Ex horum comparatione id primum videmus, duos illos verſus eſſe eorum quæ anteceſſerunt proxime ἐπίλογον, proinde nihil ad rem attinere vt ſuo loco moueantur, quod ante diximus, cum ad ſequentem locum ſint μεταβαλικοί. Deinde vero ſequentem locum dialogiſtice exponi, quaſi in rem præſentem adducti rogaremus primum, τίς ἐστι τόδε; ſecundo τί τοῦδε ἀποτέλεσμα; *Quid regione pari? Quid potius fingent ortus*, &c. Quamobrem mihi lectio MS perplacet, meoque iudicio tenenda eſt. Eſt autem *regio par* ac velut gemina & proxime Libram adhæreſcens regio Scorpij, ad quam tranſit Manilius. Illud vero, *vix partes octo trahentes*, perinde eſt atque ſi dixeris, cum vix notauimus tractum partium præterea octo in Scorpio, quid eſt quod cernimus? Euidens ſententia.

28 *Quos potius fingent*) MS & Rom. *quid potius*: vt modo diximus.

32 *Effert*) MS & Rom. *offert*.

Pag. 124. verſu 2. *Aut mulos aget; aut mannos*) MS & Rom. *Aut ſtimulos aget, aut omnes, mixtosque*, &c. lege, *Aut ſtimulos aget ante omnes*, id eſt, princeps in equitando erit, perfacili lapſu.

5 *Ferorum*) MS & Rom. *ferarum*. recte id quidem. Sequentia ſine tranſpoſitione vlla (nec enim videtur neceſſe) leguntur hoc modo:

Ille tenet medicas artes ad membra ferarum,
Et non auditos mutarum tollere motus.
Hoc eſt artis opus, non exſpectare gementes,
Et ſibi non ægrum iamdudum credere corpus.

5 Nunc

9 *Nunc subit*] Rom. *Hinc subit.*

20 *Cælique ducatum*] MS & Ro. *cæloque dicatum*: non male.

24 *Aut nidis damnare suis, ramoue*] MS & Rom. *Aut nidos clamare suis, ratione sedentem Pascentemue*, &c. *Nidos clamare*, vt clamare arma, imperare. *Ratione ducere lina*, ex arte fila ponere & volucribus struere insidias.

26 *Atque hic in luxum iam ventris longius ibit*] MS *venter*. Rom. *ventri*. Lego, *Atque hic in luxum iam ventri longius ibit, Quod modo militiæ Numidarum pascimur oris, Phasidos & dautis.* Dautia, lautia, quæ legatis dabantur, munera honoratissima. Colchos enim, apud quos est Phasis, a Cneo Pompeio demum fuisse penetratos autor est Paterculus libro 2. & inde allatæ aues Phasianæ luxui Romanorũ subministratæ sunt, de quibus Manilius agit, muneraque missa.

31 *Noua que in commercia ducet*] MS & Rom. *noua qui commercia ducet*, id est, mercator peregrinarum auium.

Pag. 125. versu 1. *Ipse Deum Cygnumque colit*] MS *Ipse Deum Cygnusque colit.* Rom. *Ipse Deus Cygnusque colit, vocemque sub illo Non totus volucer*, &c. recte sententia mea. *Ipse Deus* Apollo (Manilius inquit) & *Cygnus* auis eius *colit* verba illa exercetque in fatidicis prædictionibus: Apolline agente puta, & auibus prænunciantibus ductu illius quicquid ab ipso iussæ sunt. Atque hunc diuinum motum, Manilius exponit verbis sequẽtibus, *vocemque sub illo*, Deo Apolline, Cygnus colit *non totus volucer*, id est, in se habens amplius

quam

quam quod sit volucer, vt qui sit θεοπρόπεκτος ad rerum diuinarum significationes, *secumque immurmurat intus* pipiens & mussitans in istis prædictionibus, non claram vocem edens. Sic enim dæmonia illudebant olim.

3 *Nec te prætercam)* Hi versus in MS & Rom. sic habentur:

Nec te prætereant, clausas qui culmine summo
Pascere aues gaudent Veneris, &c. non male.

14 *Ab æquore*] MS & Rom. *in æquore.*

24 *Lapidumque notari. vix quisquam est locuples. oner.)* MS & Rom. *rapidumque notari vix quisquam est locuples*, &c. Ego mutatis distinctionibus ita repono, *—rapidumque notari*
Vix quicquam est. locuples oneratur terra profundo.
Iam, inquit Manilius, non habetur diues qui omneis agros rapuerit & asseruerit dominio suo: nullo in pretio est, nisi & mare coniūxerit. Hinc multa Plinius. Sequentes autem tredecim versus in hunc locum a Scaligero relati, non minus ad Cassiopeæ apotelesmata quam ad hæc pertinent, & in libris nostris alibi non exstant quam vbi Cassiopeæ vires exponuntur.

31 *Et quod erat Regum pelagus, fluit*] MS & Rom. non male,

Et quod erat regnum, pelagus fuit, vna malorum
Non exstincta lues, semperque recentia flammis.

Nulla hic mutatione opus. *Quod erat regnum*, quod erat amplitudinis gloriæque summæ. Maniliana phrasis. *Semperque recentia flammis*, nempe sunt mala quæ inflammat ista lues.

Pag. 126. versu 5, *Tractare creatum*] MS & Rom. *creatos.*

Totum

Totum hunc verſum & ſequentem ex MS fide ſic lego:

Quid potius matrona velit tractare, creatos,
Quam factum reuocare ſuos quod poſſit ad vſus?

Huius loci intelligentia non aliter, quam animaduerſa antitheſi duarum vocum teneri poteſt, creatorum, & ſuorum vſuum. Suos vſus appellamus iuſtos qui ex rerum natura, conditione, & modo adhibentur: Creatos, qui præterea accerſuntur, abundantque re & modo. Matrona ergo, inquit Manilius, fæmina, ſi honeſta eſt, cur malit tractare quod factum eſt ad creatos vſus, ad inanitatem & perditionem iſtam, quam quod factum reuocare poſſit ad ſuos vſus? His matrona pudica facile caritura eſt: vtatur lena & meretrix, ſi volet. Sic accipitur paſſim creandi verbum, & ſenſus poſtulat ἀντίθετον. Nam verbum creo, quaſi cereo, per ſyncopen a Cerus priſco nomine deductum eſt, quod eſt ſanctus, & de rebus ſanctis proprie & κυριολεκτῶς vſurpatur: poſtea vero ad omnia translatum eſt καταχρηστικῶς, quum res ad ſanctos vſus inſtitutæ, luxuria hominum in priuatos & ſuperfluos, adeoque impios vſus traductæ ſunt. Si qui tamen ἀνερωτήτως ex Rom. editione cupiat legere, ſic habeto:

Quod potius matrona velit tractare creatos,
Quam factum reuocare ſuos quod poſſit ad vſus.

Creatos autem accipe τοὺς ἁγιασθέντας ἀνθρώπους, ſacerdotes eos qui præſunt ſacris: has res, inquit Manilius, honeſta quæuis matrona ab illis quam a ſe tractari malet.

13 *Ta-*

13 *Tacitaque ſilentia fraude*) MS & Rom. *licentia*, id eſt, licenter ſeu licentioſe facta. Sed quid ſi, *latentia?*

18 *Exigit*) MS & Rom. *Erigit.* & *(reatur*, ſequente verſu. Duobus autem illis qui ſequuntur proxime, veteres noſtri libri hunc locum non tribuunt, ſed poſt verſus 18. habentur, vt illic adnotabimus.

20 *Par ex diuerſo ſtudio ſociatur*) MS & Rom.
Pars ex diuerſo ſtudet & ſociatur vtrumque
Ingenus, atque vno digeſtum ſemine ſurgit.

24 *Et ſinubus*] MS & Rom. *ſenibus*, e pro i, priſce, id eſt, *ſinibus.*

27 *Nunc æquore merſus*] MS & Rom.
-- *nunc æquore merſas*
Deducet palmas furtiuo remus in ipſo:
Hæc recta lectio: nam eorum qui proni ſupernatant aquis & remigio ſuarum manuum aguntur duo ponit genera: vnum eorum qui aperte remigium brachiorum ſupra aquam explicant: alterum vero eorum qui furtim manuum remigio intra aquas vtuntur, quod Manilius dicit furtiuo æquore, accuratiſſime κυριολεκτῶν. Poſtea de natantibus recto, & ſupino corpore agitur artificioſiſſime.

Pag. 127. verſu 2. *Corporaque immergunt*] MS & Rom. *Corpora qui mergunt vndis*: melius. Iam enim ad vrinatores venit.

4 *Exportantque maris prædas*] forte *mari.* Altero autem poſt verſu recipiendi videntur illi duo quos ante poſuit Scaliger, vbi vtrumque ſtudiũ, natandi ſumma aqua & vrinandi, coniungitur.

Pars ex diuerso studet, & sociatur vtrumque
Ingenus, atque vno digestum semine surgit. quid, si femine?

6 *Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem*
Corpora] MS & Rom. *Ille licet cognata per artes Corpora.* lege, *ille lacit,* elegante verbo proprioque: a quo lacinia, licium, licinus bos ἀναθρίξ in Glossario, & liceps Varroni lib. 4. de vita patr. licipitem ciuitatem facit, discordiarũ ciuilium fontẽ, & cõposita allicio, illicio, &c. Lacio, protrudo.

10 *Membraque per flammas*] Hos versus ita coniunge ex MS & Rom.

Membraque per flammas orbesq; emissa flagrãtes
Tollitur, vt liquidis per humum ponuntur in vndis
Delphini, inque suos per inane natantia motus
Et viduata volant pennis, &c. artificiola τῶν πεταύρων descriptio, nec a nobis indigens explicatione.

18 *Frontesque ac vultus componit pondere mentis*] MS nec male:

Frontesque ac vultus, componit pondere mentes.

22 *Cõponet teneros*] hos ℣. ex MS & R. fide sic lego:

Component teneros etiam qui nutriat annos,
Vt dominum dominus pratexta lege sequatur,
Quodque agat id credat stupefactus imagine iuris.

Dominus, puer, sequitur *dominum pratexta lege*, τὸν παιδαγωγόν. hunc versum a Scaligero eiectum sic exhibent libri nostri.

24 *Præstabit*] MS & Rom. *præstabunt.* melius. Nam illud, *Cuius erit, quamquam in chartis,* ad cothurnum respicit.

Pag 128. versu 13. *Nunc saturo gestu*] MS *satiro.* Rom. *satyro.*

15 *Et turbam reddet in vno*] MS *turbas reddet in vnam.* alij, *in vnum.* Rom. *turbam reddet in vnam.*

20 *Quodque ages*] hic versus deest in libris nostris: nam loco mouerat Scaliger, vt præcedente pag. ostendimus.

Pagina 129. versu 4. *Immissosque refert ignes*] Romanus: *Immissasque refert flammas, & fulmina reddit.*

12 *Sculpentem*] hos quinq; versus a Spicæ apotelesmatis huc referre placuit Scaligero, quod magis ad hunc locum visi sint pertinere. Nos in paginam 122 ante exscripsimus. Eorum vero in locum referunt libri nostri versus illos tredecim, quos loco motos idem ad Ophiuchi vel Anguitenentis apotelesmata iudicauit pertinere, prout ante fuerunt descripti pag 125. versu *26.* Ego bona tanti viri pace, hic retineri posse iudicauerim.

19 Orbemque inuertere prædæ] Rom. *orbemque euertere terræ.*

28 Producere] MS *perducere.*

24 Paruaque fragmentis facie] MS & Rom. *faciet.* Itaque sic lego:

Paruaque fragmentis faciet momenta minutis
Percolans, legem census spumantis in aurum
Et perlucentes cuperet prensare lapillos
Vorticibus medijs, oculos emittet auaros. Sic libri

nostri. Sensus est, quicquid auri fluuiatici habere potuerit, id expendet diligentissime, colabit

auaritia. Et quia corpus non poteſt immittere, aciem oculorum eo tam intendit ſerio, vt ex contentione violentiſſima iſtius auari protuberent, & ferme iam ad lapillos iſtos emiſſi e ſuo corpore videantur. Poetica, ſed δεινὴ ὑπερβολή.

32 *Fingit*] Rom. *finget.*

Pag. 130. verſu 1. *Andromedæ ſequitur ſidus*] Rom. *ſidus ſequitur.*

17 *Reclinis)* MS & Ro. *recliuis Molliter, ipſa ſuæ c.*

21 *Te circum*] MS & Rom. *Ter.*

24 *Continuit)* MS & Rom. *conſtituit fluctus.*

26 *Et caſus)* hos duos verſus ordine commutato diſpoſuit Scaliger: at noſtri libri communem ſeruant. Per me eſt liberum.

28 *Reſonens*] MS *reuomens*, non ſine litura. Rom. *reuocans.*

Pag. 131. verſ. 1. *Diriguit facie, quem*) Rom. *quam.* hoc ποιητικώτερον.

9 *Pactusque Hymenæum*) Rom. *pactusque maritum.*

19 *Vt fugit in auras Spiritus,*) his membris adhibendæ ſunt admirationis notæ, -- *vt fugit in auras Spiritus!* &c.

24 *Iaculatur*) alij *iocatur.* vt in MS eſt adnotatũ.

Pag. 132. verſu 11. *Perſeus in marmore corpus, Maior & ex*) Rom. -- *Perſeus in marmore corpus Maior, & ex v.*

16 *Quo condidit*) MS & Rom. *quod cond.*

30 *Piſcibus exoritur)* MS & Rom. *Piſcibus exortis cum p.*

31 *Signatum Terræ lumen)* Rom. *Signatum lumen Terræ.*

Pag.

Pag.135. ver.5. *Poteritque videri*] MS. & Ro. *Poteriſque videre*: illud elegantius: ſed huc perfacilis lapſus.

7 *Quamuis extremo*] MS & Rom. *Quamuis ab extremo.*

10 *Ferorum*] MS & Rom. *Ferarum.*

12 *Nixagenus*] o. l. *nixa genu.*

13. *Engonaſi, ingenicla uiuens ſub origine cauſæ*] MS cum litura ab imperito vitioſe, *Et comes ignicula viuens ſub origine conſtat*, Rom. *Engonaſi idolon iuuenis ſub origine conſtans.* Lego, *Engonaſi, ingenicla iuuenis ſub imagine conſtans.* Iuuenis conſtans (nam Hercules eſſe dicebatur cum ſerpente pugnans in horto Heſperidum ob mala aurea) ſub imagine ingenicula, id eſt, genu nixa, vt præcedente verſu Manilius interpretatus eſt.

21 *Et cæli meditatur iter, faſtigia pendet*] MS & Rom. *Et cæli meditatus iter, faſtigia pendet.*

22 *Populum ſuſpendit ab ipſo*] MS *Porulum ſuſpendet ab ipſo*: cui adiectum gloſſema, *porulus parua via.* & ad marginem, *aiy torulum*: cuius gloſſema, *torulus, circulus in pede, nimirum aerobatæ.* Rom. *Poculum ſuſpendet ab ipſo*: quod Bonincontrius de ſobrietate abſtinentiaque a vino interpretatus eſt: ſed hoc natura verſus & vocis repudiat. *Porulus* (ſi bene memini) Latinis eſt inſolens. *Torulus* in muliebri ornatu numeratur a Varrone li.4. & vniuerſe ſignificat quicquid ſtipatum eſt in tori puſilli modū. Sic aërobatæ &

ipsis dicuntur isti θαυματουργοὶ, qui tam artificiose res istas faciunt, vt halteres & toruli ipsorum ab ipsis pendere, non ipsi ab illis videantur. Siue ergo *populum* siue *torulum* legere placeat, non magno opere refragabor. Suum cuique per me iudicium liberum. Quanquam hoc malo.

30 *Macularum vimine*] Rom. *munere*. id autem est (vt vulgo loquuntur) beneficio.

Pag. 134 ver. 1. *scinduntur in artus Corpora, & ex vno*) MS & Rom. *scinduntur in artus, Corpore & ex vno.*

15 *Humoresque vomet*] MS. & Rom. *volet.*

21 *Resurgit*] Rom. *refulget.*

Pag. 135. versu 2. *Non inimica feret tali sub tempore natus Ora feret*] Ro. *Non inimica feret tali sub tempore natus Ora fera, placidusque reget commercia gentis,* Nimirum ferinæ. hoc melius. harum enim genus cum ab aliis, tum ab hoc poeta gens & populus non raro appellatur.

13 *Has stellis pr.*] Hos duos versus de fine procemij hoc in libro demtos huc relegauit doctissimus Scaliger, libris nostris, adeoque omnibus refragantibus. Ego nihil mutauerim. Ibi autem pro *has stellis*, legitur. *Ac stellis proprias vires*, &c. pag 114.

27 *Omni*] MS & Rom. *omne.*

29 *Per minimos census c.*] MS & Rom. *censu concluditur vno.* & alii, *sensu* : vt in MS adnotatum.

32 *Auertit Delia*] MS & Rom. *aduertit*, sed librariorum vitio, vt Boncontrii ostendit adnotatio


notatio, interpretantis, auertit.

Pag. 136. versu 16 *quædam respondere mundo*] v. l. *quædam resplendere mundo*, tertia coniugatione.

17 *Hæc natura facit, cœli quæ*) MS & Ro. *Quæ natura facit, quæ cælo condidit orbem.* Lego: *Quæ Natura fuit cælo quæ condidit orbem.* Nam versus antecedens a superiorib. pendet: futuraque est constructio illius euidens si τὸ ὅμοιον sustuleris 4. versibus comprehensum, longiore colo.

21 *Cui si pro numero v.*] MS & Rom. *Cuius pro numero vires Natura dedisset, Ipse s. a.* cum ellipsi συνδέσμου ὑποθετικοῦ Latinis auribus non insolente. Quod vel illæ tritæ in vulgo loquutiones docent, absque me fuisset. Terentius Phormione: *nam absque eo esset, recte ego mihi vidissem, &c.*

FINIS.



INDEX EORVM QVÆ
IN NOTIS CONTINENTVR.


VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA
IN ROMA